

Christoph Calovius

**M. Christophori Calovii, SS. Theol. Studiosi. De Thaumatanthropologia Vera
Pariter Atque Ficta, Tractatus Historico-Physicus : Censurae Amplissimae
Facultatis Philos. Subiectus, Et Publicis Disputationibus In Celebratissimae
Rostochiensis Academiae Auditorio Maiori Propositus**

Rostochi[i]: Richelius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73244621X>

Druck Freier  Zugang



Ruprecht 1685

205

M. CHRISTOPHORI CALOVII,
SS. THEOL. STUDIOSI.

DE
ΘΑΥΜΑΤΑΝΘΡΩΠΟ-
ΠΟΛΟΓΙΑ
VERA PARITER ATQUE FICTA,
TRACTATUS HISTORICO-PHYSCUS.
CENSURÆ AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOS.
SUBIECTUS, ET PUBLICIS DISPUTA-
TIONIBUS
IN CELEBRATISSIMÆ ROSTOCHIENSIS
ACADEMIÆ AUDITORIO MAJORI
PROPOSITUS.

ROSTOCHI,
TYPIS JACOBI RICHELII, AMPLISS. SENAT. TYPogr.
ANNO M DC XXXV.

VIRO
MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO,
AMPLISSIMO,
DN. JOHANNI LAS-
SENIO,
PHIL. ET S. S. THEOL. DOCTORI
CONSUMMATISSIMO, EJUSDEMOQUE IN CELEB.
HAFFNIENSIA ACADEMIA P. P. SECUNDO FAMIGERATISSI-
MO, ECCLESIAE QVÆ CHRISTO AD D. PETRI GERMANORUM
IBIDEM COLLIGITUR PASTORI VIGILANTISSIMO, CONSI-
STORIIQUE REGII ASSESSORI GRAVISSIMO, DE SIN-
GULIS EGREGIE MERITO,
MECOENATI ac STUDIORUM MEO-
RUM PROMOTORI MAXIME VENERANDO.

ut et
VIRO
ADMODUM REVERENDO, AMPLISSIMO
CLARISSIMO,
DN. BERNHARDO
MULLERO,
ECCLESIAE AD D. MARIAE, QVÆ ROSTOCHII PRI-
MARIA EST, ECCLESIASTÆ MERITISSIMO
DIGNISSIMO.
AVUNCULO MEO PARENTIS LOCO DEBITE HONORANDO.
ILLI, IN OBSERVANTIÆ SUBMISSÆ SIGNUM
HUIC, IN GRATISSIMI PECTORIS SYMBOLUM
UTRISQUE, IN ULTERIORIS BENIVOLENTIÆ INCITAMENTUM,
TRACTATUM HUNC HISTORICO-PHYSCUM
ÆTERNUM CONSECRAT
M. CHRISTOPHORUS CALOVIUS, AUTOR.

(1.)
Θεῖς Συμπερέχαστο!

§. I.

DE THAV-
MATAN-
THROPOLO-

HOMINEM tum demum ex pari cum DEO & GIADISPUTA-
vum ducere judicamus, cum vitam vivit quam tio I. PRÆS.
simillimè ad ejus vitam accedenter; Hoc autem M. CHRIST.
unicè per contemplationem fieri, quæ DEO pro CALOVIUS;
pruissimè competit (a), veritate non minus quam ET RESP.SA-
venusta vetustate, est munitissimum. Digna MUEL Bes-
sunt itaque verba Eustrabii (b) quæ huc trahantur hab.Ro-
tatur: *Vera, inquit ille, felicitas, quæ homini con-
stoch. Anno
venit, est ea, cum sit DEO SIMILIS.* Similis autem DEO redditur, cum & 1685. d. 13.
his corporeis abscedit, & in intelligibilius versatur; Nam, ut alio loco (c) in-
nuit: *Humana mens cognoscendo imitatur universi opificem.* Consentit cum
eo Jamolichus, (d) dum ex versione Schefferi, Notitia, ait, *rerum divinarum,*
Virtus, sapientia est, & ultima felicitas, efficitque, ut homines Diis similes
evadant. Non itaque oportet, docente Aristotele (e), quemadmodum non-
nulli moment, unumquemque cum sit homo, humana, & cum sit mortalis, cogi-
tare mortalia: Sed quatenus licet, immortalem se reddere, omniaque efficiere,
ut ei parti, quæ in ipso est optima, convenienter vivat. H. l. Verum Contem-
platio hæc quæ opūlōwv ὁδὸν conseqvimur & DEO ASSIMILA-
MUR, non unō, sed duplici gaudet obiectō, adeoque partim circa substanti-
am mobilem, partim immobilem occupatur, ita ut hæc ad sapientiam pri-
mam, illa verò ad secundam referatur (f). Et quamvis Substantiæ immo-
bilis consideratio maximè sit illustris atque multis parasangis eam superet quæ
mobilem speculatur (g): Illà tamen miséra, hanc in presenti amplectemur,
quia non tantum una ab altera proximè dependet, verùm etiam egregium
ad se invicem involvunt respectum, ita ut non minus utilem jucunditatem,
quam jucundam utilitatem contemplanti promittat Philosopho. Insinuat
hoc L. Anneus Seneca Libro de Otio aut Secessu Sapientis (h) quando emphe-
ticè, *Quid, inquit, præstat ille DEO qui contemplatur? Ne tanta ejus opera si-
ne teste sint.* Solemus dicere, *Summum Bonum esse secundum naturam vive-
re: Natura nos ad utrumque genuit, & contemplationi & actioni.* Et paulo
post ita pergit (i): *Curiosum nobis Natura ingenium dedit: & artis sibi ac suæ
pulcritudinis conscientia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit, perditura
fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida & non
uno genere formosa, solitudini ostenderet.* Ut scias illam spectari voluisse, non
tantum ap̄pici, vide quem nobis locum dederit. In media nos sui parte consti-
tuit,

¶

tuit, & circumspetum nobis omnium dedit &c. En p̄fstantiam & jucunditatem contemplationis Operum DEI! En hominem Substantiarum omnium mobilium speculatorum! En Mirabilem naturae testem! At, utinam his omniibus contemplandis par: utinam tam capax ejus esset ingenium ut hæc omnia, quæ substantia mobilis ambitu suo comprehendit, asseqvi & perseqvi possit! Nam si vel ad sola inanimata mentis adipicemus aciem quæ egregia in illorum principiis, quæ stupenda in affectionibus, quæ abstrusa in speciebus, quæ mirabilia in elementis, quæ remota in metallis, quæ intricata in meteoris, quæ effecta in terris, quæ operationes in cœlis sese nobis offerunt rimanda, miranda, contemplanda? Defatigatur oculus in minimis, obtrupescit ratio in maximis, hebecunt ingenii vires in omnibus. Relinqvemus itaque & inanimata; Sola tantum animata contemplando, animi nostri facultates hac vice pericitabimur.

(a) *juxta lib. X. Ethic. c. VII. & VIII. adde Comm. Accoramboni in hunc locum qui extat fol. 19. seqq. edit. Romanae itemq; Acciajoli Florentini. p. 867. seqq. edit. Lugdun. (b) Comm. in l.c. Arift. (c) Comm. in lib. II. Poſter. Analyt. (d) lib. II. Exposit. Symbol. Pythag. cap. III. (e) lib. X. Eth. c. VII. (f) Vide lib. VI. Metaph. c. I. & lib. II. Phys. c. II. (g) Conf. egregia Sap. prima Epitheta lib. X. Met. c. VI. lib. I. Phys. c. IX. tex. 83. & lib. II. Phys. c. II. t. 26. lib. I. de Gen. & Corr. c. III. t. 14. lib. I. de An. cap. II. t. 26. & alibi pas- sim. (h) cuius fragmenta extant in Operibus ejus Parisis Anno 1607. editis Cap. XXXI. fol. 962. (i) l.c. cap. XXXII. f. m. 962. 963.*

§. II. Proh! autem quam multa mirabilia atque admiranda, tali contemplantibus, nobis iterum, occurunt? Dabimus specimenis loco unum alterumve exemplum. Nonne plus quam admirandum est quod de generatione Phœnicis circumfertur, eum scilicet unam in orbe esse avem, cum secula aliquot vivere, eum constructō ex aromatibus variis nidō sese ipsum flamarum vi in cineres redigere, deinde autem ex his ipsis cineribus resuscitari (k)? Nonne stupendum est quod de Hirundinibus observamus, eas scil. absoluto æquinoctio autumnali post æstatis & muscarum interitum ædes nostras relinquare & avolare? Nonne insolitum est quod de iisdem legimus, quasdam carum in terras calidas avolare (l); quasdam, præsertim in Germania confiniis degentes, vel in nidis suis aut aliis in locis (m), vel in cavitatibus montium, arborum &c. (n), vel in aquis (o) tamdiu occultari, donec vere & serenitate æstivali appropinquantibus, reviviscant, suaque hospitia & nidos repeatant (p)? Nonne miraculosum est quod consimili modo de Ciconia narratur, quod hyemalia sua itidem sub aquis agat? Nam id ipsum experientia solidè

lidle comprobat, Piscatores brumali tempore ciconias plurimas retibus in sic
cum traxisse, quæ in locum calidum delatae revixerunt (q). Quid porro ma-
gis *admirandum* est quam hoc, quod illi qui Chinam descripsérunt (r) de
quadam ave nomine Hoangciou ex *avutophyce* commemorant, eam aliquid
de pisce, aliquid autem de ave participare; ita ut sub æstatem circumvolet,
sub auspicio vero autumni in aquis marinis nidum quasi repeatat, adeoque
nunquam nisi hyemali tempore capi possit? Taceo alia *admiranda*, Haleces
scilicet, piscesque volatiles (s), & ea quæ de Britannicis avibus quas Brandas
vel Berniclas, germani vero Roth-Ganse nominant, apud Scriptores repe-
riuntur (t): referunt enim illi eas ex arboribus in Scotia nasci, adeoque varia
mægidoæ hic cumulant. Silentio involvo quæ de Vita Salamandrae in
igne (u), de generatione Basilisci ex ovo Galli (w) passim obtruduntur; Qvis
enim thesauros naturæ omnes penetrare, qvis arcana singula rimari suffici-
enter potest? *Prætereunte proinde & animantia rationis expertia* (de quibus
hæc *in mægidoæ* adjicere libuit), *solum contemplemur hominem*, unicam
ex animalibus speciem, quam tantis rerum spectaculis natura genuit (*Seneca*
Pylo utor) & super omnes Substantias mobiles evexit, ne scilicet illæ fru-
ctum sui perderent, ne itidem sine tanto teste existarent. Interim neq; hic
iterum omnia *admirabilia* passim occurrentia speculari poterimus; neque
enim concedet proposita brevitas *internam hominis formam*, animam puto,
illiusque vel intima rimari, vel stupenda mirari: sed eam solum contempla-
tionem suscipere licebit quæ *circa Corpus* occupata externam unicè *formam e-*
iusq; mirabilia varia scrutatur. Hic unicus suscepti in præsenti laboris sco-
pus, hæc meta erit! Manent autem & hic nos variæ difficultates, quæ eò plus
abstrusæ sunt & intricatae, quo magis compertum habemus, falsa hic pro ve-
ris & vera pro falsis haud raro venditari (x). Cum autem juxta tritum illud:
δύσκολα τὰ καλὰ (y) i. e. difficultia, quæ pulca sunt; multò diligentius eo
laborandum erit, ut valentior qualibuscunq; viribus nostris sit voluntas, quæ
vel DEO nil offerri potest ditius. Et si oculus seipsum visurus in oculum re-
spicere debet, nos etiam homines hominem respicientes, in GLORIAM
CREATORIS OPTIMI MAXIMI Γαυματηριωνιαν i. e. ADMI-
RANDA sive MIRABILIA HOMINUM contemplabimur: vera pro virili
defensuri, falsa autem & ficta modestè refutaturi. Quod dum aggredi me-
ditamur Thaumatanthropologiam tam VERAM quam FICTAM vel *circa*
ipsius hominis generationem, vel *circa varias humani corporis partes*, vel *circa*
ipsum totum, sive *naturam humanam*, vel *circa vitæ genus diversum*, vel deni-
gue

qve circa ipsam mortem dari, apud Historicos atqve Physicos reperimus. Qvod cum ipsum nobis hujus tractationis suggestat ordinem, Tua LECTOR BENIVOLE freti humanitate, in NOMINE JEHOVÆ ordine adposito pro nostro modulo, exercitii Academici gratiâ, singula evolvemus; Ita tamen ut non tam singularia qvâm universalia *Paroües* proponamus, adeoqve qvæstiones controversas non de his vel illis individuis, sed tota specie, gente, totisqve familiis, instituamus. Nimirum cum præente Philosopho singularium non detur scientia (z), potissimum circa hoc problema occupabimur: *Utrum in his vel illis nationibus, in his vel illis gentibus, aut ad minimum familiis, Θαυματρι θεωτοξεια detur nec ne?* Varios enim lusus, varia item àmaestriata & stupendas *παραβάσεις* singulares in rerum natura dari, nemo facile negaverit: Imò nos ipsimet hujusmodi singularium hinc & inde mentionem eatenus (*ως εν παραβάσεις* tamen) injiciemus, qvatenus scilicet sub universalibus illis, de qvibus potissimum solliciti erimus, comprehenduntur. Et hoc est qvod præmonendum esse duximus.

(k) *Varii hoc confirmant Autores, qvorum non exiguum Catalogum evolvere poteris in D. Gerhardi Loc. Theol. Tom. IIX. §. 32. p. m. 383. edit. nov. Schotti Phys. Cur. lib. IX. c. LXI. à p. 1230. ad p. 1240.* Adde Deusungium in *Dissert. de Phœnix* & Aldrovandum lib. XII. Ornithol. c. XXIX. (l) ex illis scilicet Regionibus ubi usq; in alias non multum itineris conficiendum est. Conf. bac de re Thomasum de Hybernac. Hirund. §. X. seqq. & Hartnacc. Admir. Physic. lib. VII. c. II. §. 5. p. m. 458. seqq. (m) memorabile est qvod apud B. Gerhardum l. c. fol. m. 385. a. Georgius Major refert, se Wittebergæ in Templo arcis sub vetusta quadam tabula tempore hyemis conglobatam hirundinum congeriem invenisse. Conf. Hartnac. l. c. ubi plura hujus generis. (n) Vid. Franzium Hist. Animal. Part. II. C. XXI. & Thomasum l. c. §. 19. 21. (o) qvod maximè admirandum, verissimum tamen. Vid. B. nostri Thav-masiandri Lutheri Comm. in c. I. Genes f. m. 12. & in Colloqu. Mensal. c. 49. f. 365. nam pescatores per hyemem retibus sepe extraxerunt hirundines, qvæ in vaporarium delatae paulò post volare incepérunt. Conf. Hartn. l. c. & Thomas. §. 23. seq. ubi post §. 37. egregia duo dubia de frigore & respiratio-ne solvit. (p) non equidem propriè reviviscunt hirundines, non enim erant mortua, id vel exinde probatur, qvod corpus tamdiu à putredine immune maneat; Vid. Autores allegatos. (q) Vide Baptistam Fulgosum cap. de avibus aliisq; admirandis. p. 55. citante Prætorio in *Crotalifria* §. 4. ubi plurima ad præsens negotium spectantia reperies. (r) Erasm. Francisci im Ost- und

und West-Indischen item Sineisichen Lust- und Staats-Garten f.
m. 35. ex Atlante Chinico Martinii f. 137. (s) Vid. Dappers Americam lib.
III. Part. IV. f. m. 434. b. & Franc. l. c. f. m. 31. seqq. qui rem fusus diduxit.
(t) Sufficit ut hic provocem ad Schottum & Erasm. Francisci, quorum ille
lib. IX. Phys. Cur. c. XXII. p. 117. seq. hic vero l. c. A f. m. 43. ad 47. ex egre-
giis iisq; non paucis Autoribus hanc controversiam diduxerunt. Adde his
Kircherum Art. Magnet. lib. III. part. V. c. I. Con. II. Conse. III. p. m. 623.
& si hi omnes non ad manus, Voigtii Physical. Zeitvertreiber Cent. II. Qv.
58. p. m. 405. (u) Schottus. l. c. lib. VII. c. IIIX. p. m. 808. aliosq; (w) Vid.
Vossius lib. IV. de Orig. & Progr. Idol. c. LI. Kircherus Mund. Subterr.
Tom. II. lib. IIIX. Sect. IV. c. II. f. m. 90. qui posterior illud haud negari posse
contendit, simul ad scriptum suum de prodigiis crucibus provocans in
quo illud diductum prolixius esse affirmat. (x) Dispallescit id ex hac tenus
speciminis ergo adductis. Nimirum falsum est quod de Phœnix adfertur
et si tot splendidissimis testibus resulgeat juxta Schottum l. c. p. m. 1240.
quibus adde Dn. Hediolem in Coroll. ad Disp. I. de Causis corruptæ Phil.
Ea autem quæ de Berniclis attulimus, cum grano salis accipienda sunt;
Morhofius de Paradox. sensum. c. I. A. 3. fabulosum id esse judicat: Mihæ
vero arridet Kircheri Sententia in M. S. T. II. L. XII. S. I. c. IX. Si quæ, in-
quit, nascantur hujus generis aves in Scotia, fit id ex ovis quæ in glacie col-
lisa ad ripas alluuntur, ibique sole superveniente excluduntur. H. I. vid.
interim Schott. l. c. qvi plurimas aliorum Autorum adfert opiniones. Sala-
mandras & Basiliscum quod attinet, utrumque sapit fabulam: prius pre-
ter ea quæ Schottus in h. l. adduxit ex Matthiolo in lib. II. Diocorid. c. LVI.
cit. Le Grand. in Compend. Rer. Mirab. p. m. 15. innoscit. ille enim pluri-
mas in ignem conjectit quæ prorsus extincte fuerunt; adde ea quæ Aristot.
lib. II. de Gen. & Corr. c. III. ex Ocello Lucano, itemq; lib. II. de Gen. An. c.
III. habet, nullum scilicet animal ex igne & glacie gigni posse. Posterior iti-
dem nulla experientia vel solidâ aliquaratione nititur Conf. Lev. Lemnius
lib. IV. de Occult. Nat. Mirac. c. XII. Et Voëtii. Vol. I. Disp. p. m. 732. Reliqua quæ
de Ciconia, Hirundinibus &c. attulimus, verissima sunt. Atq; ita in hujusno-
di controversia Historico-Physicis vera falsis commiscentur. Idem patet ex
bac nostra de Thaumatanthropologia tractatione, in quâ ad oculum ostende-
mus multa sita & fabulosa esse quæ pro veris circumferuntur. (y) extat id a-
pud Platонem lib. VI. de Rep. s. dial. VI. de Justo. (z) Conf. lib. I. Post. c. IIIX. & lib.
VII. Met. c. Ult. Et Dn. D. Zeidler. Analyt. Post. lib. I. c. XV. §. 6. p. m. 311. seq.

§. III. THAVMATANTHROPOLOGIAM itaque circa hominis

generationem occurrere vix nobiscum in dubium vocabit is, qui admirandam hominis conceptionem paulò pressius voluerit scrutari. Mittimus infinita alia quæ huc trahi possent; id unicum producimus quod medici quidam celebrissimi (a) strenue defendunt: *Hominem ex Ovo nasci.* Profiteremur hic sanè Lubentes tenuitatem nostram, hocque ~~magis~~ cordatioribus relinqveremus, nisi & Physicis in Medicorum castra, quamvis non ut transfugis, tamen ut exploratoribus, liceret descendere. Notavimus proin ex illis, eos non de ovis putamine testaceo intactis, qualia itidem summo cum miraculo à mulieribus qvibusdam in lucem verè data esse adverimus (b), sed de talibus sermonem instituere, quæ in testiculis foeminarum reperiuntur & magnitudinem pisi viridis exæqvant, in qvibus humorem observarunt similem aliorum ovoidum albumini & vitello (c); Qvando itaqve semen virile per tubas coecas Fallopianas circumductum ad testes pervenit, illud ibidem eodem plane modo ac in cæteris oviparis conjungi, atqve ita fecundatum per vas ejaculatorium ad uterus transire, iidem laudati Medici afferunt (d). Plura non addimus: videantur autores allegati; nos admiranda hac circa hominis ex ovo generationem tantum adducere voluimus, ~~et~~ *magis* cordatioribus modestè relinquentes. Non autem ineptè hoc referimus ~~πολυγονιας~~ s. *Copiosum partum*; Plura jam ante nos hic congesta vidimus exempla (e), sed paulò admirabilia illis sunt addenda. Aventinus apud Schenckium (f) narrat Matildim Comitissam sub Friderico. II. Imperatore MDXIV pueros simul genuisse. Notissima etiam est quæ ab aliis (g) allegatur Historia, Anno 1268 (alii 76) Hollandiæ Comitissam CCCLXV infantes utriusqve sexus pollicis magnitudine unico partu enixam esse, id enim mendica quædam precibus in pudicitiae suæ signum à DEO impetrasse dicitur. Qyanquam autem in rebus divinis nihil tam mirabile dici aut scribi possit, quod non fide sit dignissimum, adeoqve omnipotentiae divinæ limites ponи nequeant: pro fabulosis tamen præeunte Poetio (h) hæc habemus exempla, qui prolixè aliquot pagellis hanc posteriorem historiam sibi sumit refutandam; de priori autem eo magis dubitamus, quo pauciores, imò paucissimi Scriptores hoc afferentes dantur, si enim tale quid contigisset, omnium utique istius seculi historicorum laudaremus consensum. Veriora, neqve minus tamen mirabilia, sunt illa exempla, quæ de partu XXX, XX & paucorum puerorum nos informant, qvorum singularia quædam suppeditabimus. Margaretham Virboslai Comitis uxorem XXXVI. pueros vivos enixam esse refert Cromerus (i); XXII abortus fecisse aliam mulierem testantur plurimi (k); Irinae trudin vero Ilenbardi Comitis Altork

(7.)

uxorem XII liberos matres onus enixa simul esse narrat *Camerarius* (l) ;
 aliam postea mulierem teutonicam gemino partu XX, prima vice XII, altera
 vero VIII edidisse *Mirandula* memorat (m) ; Qvinqve tandem simul nasci
 infantes teste *Aristotele* (n) haud est rarum, qvanquam reliqua omnia ab o-
 mnibus vix ad naturales referantur causas. Plura circa generationem ho-
 minis occurrentia mirabilia huc possent referri, nisi ea *Schottus* (o) & paulo
 succinctius *D. Watsonius* (p) adduxissent, crambem itaque eandem bis ap-
 ponere nolumus. De mirabili autem foetu petrificato, vel in lapides conver-
 so, pauca habemus dicere. De Embryone urbis Senonensis in utero mater-
 no per XXVIII annos contento, petrefacto, & post matris mortem Anno
 1582. d. 26 May exsecto, legendus est *Cl. Bartholinus* in Hist. Anat, qvod e-
 nim hodienum adhuc in Regis Danorum Technotheca Haffniæ ostendatur,
 viri fide digni nobis retulerunt. De foetu autem Mussipontano in abdomine
 genito, post sex propè lustra lapidescente, & à *Straußio* descripto non est ut
 plurima cumulem, cum rei certitudo ubivis confirmata reperiatur. Causas
 interim physicæ prodigijs hujus effectus qui desiderat : varios adeat autores
 (q) ex quibus plurima admiranda de succo s. Spiritu lapidifico evolvere pote-
 rit ; non enim permittit instituti nostri ratio ut hæc hoc loco prolixè repeta-
 mus. Possimus denique non incommode huc referre ea quæ degeneratio-
 ne hominis æqvivoca ex putrefactione disputationi solent, nisi figmentum hoc
 vanissimum atq; impium jamdum à nobis refutatum fuisse atq; explosum (r).
 (a) ut Theod. Kerckringius Medicus Amstelod. Garmannus in differt. de hac
 materia peculiari Chemnitii Anno 82. excusa, Casparus Bartholinus in
 Tract. pec. de Ovariis mulierum Norimb. Anno 79. impr. Loffius itidem in
 pec. differt. de Ovario humano Wittebergæ Anno 75. habita, quibus Harveus
 (quamvis paulo alias in quibusdam controversis soveat opiniones) itidem
 adstipulatur (b) Sic in Norwegia Anno 1639. d. 27. May & d. 18. April. mu-
 lier ova duo peperit gallinaceis prorsus similia, quorum unum Wormius
 lib. III. Mus. sua c. XXI. p. 311. in Museo asservavit ; Thomas Bartholinus
 vero Cent. I. Hist. Anat. IV. p. II. descriptus ; magicum tamen fuisse ab iis ju-
 dicatur. Plura talia exempla vide apud Garman. l. c. §. XII. p. m. 5. (c) ita
 Garm. ex Kerckringio §. 12. p. m. 6. (d) Garm. §. 33. p. 16. Vid. Loffium c.
 IV. in primis a. cap. VII. §. 2. & 4. Harvei de hac re assertum, cui ipse autor
 non ad manus, evolvatur apud Hartnac. l. c. lib. VII. c. IV. §. 5. p. m. 485.
 (e) apud Schottum l. c. lib. III. c. XXIX. p. m. 543. seqq. Camerarium Ho-
 rar. Subciv. Part. II. c. LXVI. p. m. 273. & Harsdörfferum in den lust- und
 lehr reichen Geschichten Cent. II. Hist. 137. p. m. 132. (f) cit. Joh. Andr.
 Schmidt.

Schmidt. *Fascic. Diff. de Gemellis.* §. II. (g) *Autores plurimos allegavit Schottus l. c. p. 547. & Voëtius Volum. I. diff. Select. parte. X. p. m. 290. Vid. itid. Camerar. l. c. (h) l. c. p. m. 790. 795. ubi fusissime hanc sententiam refutat, tamam controversiam his verbis concludens: Hæc non ineptè hac occasione addere volui, ut Physici, Medici, Theologi præsertim exteris, moneantur ne exemplum hoc sine examine instituto suo tam facile aptent. H. J. (i) lib. IX. de reb. Polon. p. 238. (k) apud Schottum l. c. p. m. 546. (l) l. c. p. 274. (m) apud Harsdörfl. l. c. (n) Vid. lib. VII. Histor. Animal. c. IV. (o) in Physica Curiosa toto libro V. de Mirabilibus monstrorum (p) in Synopsis sua Part. II. Sect. III. c. V. p. m. 427. (q) usp. Kircher. M. S. Tom. I. lib. V. S. III. c. I. f. m. 262. seqq. Erasm. Franc. l. c. ad fol. m. 186. ad 194. itemq. Grammius de Metamorph. Uxor. Lothi Qu. IV. seqq. (r) Vide fusissime Philosophemata nostra nupero anno habita §. VII.*

§. IV. A Toto hactenus in universali considerato dilabimus *ad partes*, circa quas variam & mirabilem reperimus *Java, Malabar, Gavaniæ*. Occurrunt hic primo statim intuitu *Acephali*, seu homines capite carentes. Non hic sedet animo nostro ut monstrorum qvorundam Catalogum sine capite luci expositorum, recensemamus; Possemus enim hic latissime excurrere, &c. ut infinita alia prætereamus, ad puerum Anno 1554. in Misnia, oculorum effigie in pectore expressâ; itemque ad puellam Anno 1562. d. 5. Nov. in Vasconia, sine capitibus edita monstra, provocare. Ast, non, ut jam ante innubamus, de his, sed *de tota aliqua hominum acephalorum natione* disqviremus. Talem dari defendit D. Augustinus atque alii (s), verba ejus hæc sunt: *Cum quibusdam servis Christi ad Æthiopiam perrexi, & vidimus ibi multos homines ac mulieres capita non habentes, sed oculos grossos fixos in pectore, cætera membra æqualia nobis habentes.* H. I. Qvanquam autem alias divi hujus Præfulis aliorumque Scriptorum autoritatem veneremur: hic tamen, quoniam charior nobis est veritas (t) fictam thavmat. deprehendimus, meritò *Aldrovando* apud *Schottum* (u) adstipulantes, qui predictos homines non reverà acephalos, sed sine collo tantum visos esse judicat; Cum enim inter caput & cervicem immediatus intercederet nexus, eundemque copiosum fortiter obvelaret capillitum, D. Augustinum aliosque, ob nimiam forte distaniam objecti, visum fefellerit, ita ut ori atque oculis sedem in pectore concesserint, in proclivi est judicare. Videatur interim *Borellus* (w) qui ex cognati sui peregrinatione dicto modo fabulæ originem eruditè prodit. Et quis crederet hominem acephalum, ut omnium sensuum cum internorum, tunc externorum sede privatum, vitam producere posse? Habemus id sane in monstris hujus-

hujusmodi, apud nos natis, compertum, ea, quantum' qvidem meminimus,
nunquam fuisse vitalia. De hominibus *Monoculis* unō oculō in fronte me-
dia insignibus (x), *Brachystomis* item & *Astomis*, ita dictis, qvod hi plane sine
ore (y), illi vero parvo ore notabiles sint (z), judicium nostrum, salvā aliorum
~~æteriæ~~ *Bœci*, hoc est: primo qvidem probationem sufficientem deesse, horum
integrā dari nationem; nam monstra talia abs individuis qvibusdam, vel
ex defectu virtutis plasticæ, vel imaginationis corruptæ viribus, nata aliquan-
do esse, & nasci hodiendum posse, qvamvis talia exempla vix ac ne vix qvi-
dem sint obvia, haud inficiamur. Verius crediderimus de monoculis memo-
randi ansam autoribus inde suppeditatam esse, qvod Scythæ optimi fuerint
 sagittarii, cum autem collimando (prout nostri quoqve sclopetarii conve-
verunt) uno uterentur oculo, altero clauso, eos unoculos esse, jūdice *Celeb.*
Vossio (a) imperiti judicarunt. Astomos vero dari rotundè negamus; Fefel-
lit qvippe autores allegatos oris fortean parvitas, qvam visu accuratiū di-
gnoscere non potuerunt, unde eos ~~æteriæ~~ esse incepte sic satis putarunt. Vel
(qvod plausibiliū) occasio Fabulæ ab Africanis Gentibus cis Senegam erit
repetenda, qvæ, notante *Becmanno* (b), os suum ab aliis videri, pudori sibi
ducunt. Verum esto, dari tales Gentes! unde autem vitam sibi hi conser-
vare potuerunt homines, cum nullo alio membro, nisi ore alimentum sumi
possit? Sanè defendere, eos solo odore vitam traduxisse (c), nil aliud est qvam
Splendidè nugari: *Olfactile enim quâ olfactile ad nutricationem nil confert*
(d), unde etiam *JCTUS* (e) *nemo*, ait, *vento vivere posse præsumitur*. Veri-
tati itaque nil magis erit cognatum, qvam si assuererimus fictam hic sese ubi-
que prodidisse *thaumatanthropogiam*. Augere possemus nostram hanc
circa partes corporis occurrentem thaumat. adponendo *Nationes atque Fa-*
milia Strumosorum, qvales in Stiria & Valesia (f), itemqve in Italia apud
Callim fluvium (g) reperiri, testantur Scriptores. De Francis atque Gallis res
manifesta est, plurimos illic locorum strumis sive scrophis laborantes dari.
Plurimis qvippe, iisque gravissimis Autoribus testibus (h), tales strumosi tactu
Regis sanari, vix ignotum esse potest. Sola stupendi hujus effectus causa plu-
rima fatigavit ingenia, industriam elusit, aliis pro naturalibus, aliis pro supra-
naturalibus strenue pugnantibus, unde vix nobis vitio verti poterit, qvod sen-
tentiam nostram in aliam usqve distulerimus occasionem. Possemus, in-
qvam, de *Natione hominum longas aures* ad terram usqve demissas, gestanti-
um, qvales Scythia alere dicitur, de *hominibus* item *caudatis* in Indiâ, *Scio-*
podibus, (i) *Monopodibus* atque *Himantopodibus*, aliisque his cognatis, pluri-
ma congerere & cumulare, nisi partim alii ante nos rem tractarent, partim

fictam iterum adverteremus thavmat. vel potius, nisi nationi ac totæ genti id falsissimè imputaretur, qvod vix in aliquibus deprehensum est individuis (k).

(s) Sermons XXXVII. ad Fratres in Eremo Tomo X.Opp.fol.967.edit.Basfl.Frobeniana An.1529.Cui consona habet Plinius lib.V.Nat. Hist. c.VII.fol.m.76.b.
(utimur editione Colonienf. A.1615. cum notis varior. in fol.) Solinus Polyhistor. c.XLIV. & alii apud Schottum l.c.lib. III. c. XI. §.4 p.m.454. (t)juxta Aristot. lib. I. Ethic. c. IV. in quem locum optimè Accorambonus Comm. f. m.263. Philosophi, inquit, propterea (ita) vocantur, qvia sunt amatores sapientiæ, qvæ sapientia idem est qvod veritas. Veritas E. omnibus præferenda H. I. (u) l.c.p.454. (w) Observ. Medico-Physic. Cent. III. Obf. III. (x) testes rei sunt Plinius lib. VII. N. H. c. II. f. m.110. b. & Gellius lib. IX. c. IV. Noct. Attic. itemque Sabellicus En. I. lib. I. f. m.12. edit. Basfl. (y) Conf. Plinius l.c. & Solinus c. XLIII. in descriptione Æthiopie, qvos iterum sequitur Sabellicus l. c. 12. hi omnes ἀσίας illos homines solo odore vivere afferunt. Qvibus adde ea que Nieremberg. lib. VIII. H. N. c. I. scribit, dari in Xamocohuyca gentes, qvæ membris purgationi excrementorum destinatis careant, ali propterea solùm odore fructuum, florum, herbarum, qvas olfactui & naribus, non stomacho, condunt. H. I. (z) Vid. Plinius lib. VI. c. XXX. p.105. b. & Pomp. Mela de situ Orbis lib. III. de Æthiopiam. (a) de Idolol. Or. & Progr. lib. III. c. XLIX. (b) in Histor. Geograph. & Civil. Part. I. c. IX. seq. II. §. 9. p.m.362. (c) id autores citati Plinius, Solinus & Nieremb. itemque Sabellicus afferunt, qvibus Physici Neoterici hodiè adspicuntur defendantes odorem esse substantiam, qvorum argumenta quodantenus discussit Arriaga Curs. Philos. Disp. VII. de Anima seqt. VII. n. 86. seqq. fol. 844. seqq. (d) Conf. Aristot. lib. de sensu & Sensili. c. V. ubi pluri- mas leges rationes. Adde Comm. Aphrodisiensis in h.l. ex versione Lucilli Philalthei edit. Venet. Sect. IV. t.51. f. 21. (e) l. 2. C. de Alim. Pupill. præstand. (f) Conf. Münsterum lib. III. Cosmogr. & Ortel. ad Tab. XCII. sue Geogr. (g) Kircher. M. S. T. I. L. V. Sect. II. c. III. §. II. f. m. 228. (h) Vid. Gramond. Hist. Gall. lib. I. p. 19. Limnaeus in Notit. Franc. lib. II. c V. Mandelslo Reisbeschreib. cum Not. Olearii Part. II. c. XXV. f. m. 189. Gvi- do. in Chirurg. Magn. Tract. II. doct. II. V. (i) de illis videndum est Olearius ad Jtin. Mandelslo. cit. circa init. lib. III. p.m. 196. ex quo hæc adponimus. Lindschott schreibt/daz in dieserGegend (scil. in Insula Indiae S.Thome) viel Leute gefunden werden/ welche ein dick Bein haben/ auch also auf die Welt geböhren werden/ und zwar mit gesunden Fleisch/ daß es ihnen nicht beschwerlich. Man berichtet daß solche Leute die Nachkommen derer wären/ welche den Apostel (Tho- mam)

main) getödlet. Man solle unter solchen dichtbeinigten Leuten ganze Geschlechter finden an Mann und Weibes Personen/ auch etliche unter denen die Christliches Glaubens sind/ Ob vorerwähnter Ursachen halber die Leute also müssen gehohren werden/stelle ich Gott heim: die Ursache habe ich nicht erfragen können. H. I. forte an alimento id tribuendum erit. (k) Vide fuisus Schottum l.c.p.449. seqq. Becman. l.c. §. 6. p.359. & 360. seqq. Scilicet Otomegalorum miraculum ab Olao M. (srecte meminimus) exinde refellitur, quod cum illi homines, posteaquam à laboribus incaluerunt, uestes capiti impositas domum gestent, imperiti quidam ob tunicam forte à capite pendulam, è longinquo aures cum uestibus ridiculè confuderunt, aliisque deinde hac narratione imposuerunt. Becmannus l.c. autumat has gentes in aurium longitudine pulchritudinem quæfuisse, quemadmodum Brasiliiani in patulis naribus, Itali in irreflectis ungvibus &c. ornamentum stolidè querunt §. VIII p.m. 361. De Hominibus caudatis aliisque apud Becman. fabule exploduntur, quem l.c. vide.

S. V. Quid autem de Centauris, Onocentauris & Hippocentauris (l) sit sentiendum, non immerito hoc loco disqvirendum erit, dum alii veram, alii fictam(m) hic querunt thavmatanthropiā? Nimirum cum nihil tam sit absoluū quod non ab aliquo adstruatur philosophorum (n), hinc non est ut mireris, quosdam his Poëtarum fragmentis non tantum subscribere, verum etiam pro hominibus veris dicta monstra venditare. Nos, cum non autoritatibus speciosis, sed rationibus solidis, sit pugnandum, negativam, ceu verissimam, nō fallimur, contra dissentientes, atque Schottum in primis tuemur. Nam animalia diversi generis, si coierint, generant quidem interdum, sed cum eadem ferendi uteri tempore habent, & corporum, aliorumq; Organorum magnitudinibus non multum discrepant, observante id Praeceptore nostro (o), aut natura non multum distant (p). At hominis & equi, itemque asini planè diversæ sunt naturæ, unde Aristoteles noster (q) monstra talia expressè negat. Deinde cum juxta πολυθρύλην illud effectus semper sequatur partem causæ suæ debiliorem, quis ex congressu hominis & asini vel equi, hominem nasci posse dixerit? Non possumus itaque nobis temperare, quin hanc occasione in illos invehanur, qui ex congressu promiscuo bruti cum homine (veniam dabunt sacræ aures), hominem nasci posse statuunt. Ita Saxo Grammaticus lib. X. Hist. Danicæ, itemque Johannes & Olaus M. Episcopi Upsalienses in Hist. Septentr. referre, imò pro veris obtrudere haud verentur, Reges Danorum ursum progenitorem habere, quem virginem venustam rapiisse, hanc vero ex serâ filium formâ elegantem ac fortissimum peperisse,

qui deinde Trugillum Sprageles, hic verò Ulfonem Svenum Daniæ Regem
genuerit, constanti mendacio fingunt; Ut ea qvæ *Johannes Barrus* apud *Nierembergium* (r) memoriae prodit, totam qvandam in Regno Fegu nationem à cane & puella naufragâ originem ducere, silentio, utinam perpetuo, involvamus. De muliere qvâdam à simia majori imprægnatâ vide alios (s): nobis enim hæc omnia obsecna videntur mendacia, ita, ut ea ne quidem refutatione, sed excusatione potius apud pias aures, digna esse censeamus; Benè enim *Laetantius* (t) monet: *Absurdas rationes serio non esse refutandas, cum qui id faciat videatur vereri, ne quis credat.* Sane ursus ille *Saxonis* vel homo fuit hoc nomine vocatus, vel ursi pelle tectus, ita ut cum *Torreblanca*, eum diabolum incubum, & puerum deinde natum supposititum fuisse (u) vix necesse sit asserere. De Peruvianis verò benè addit cit. *Nierembergius*: *Non liberaliter ista credi oportere.* Reliqua ex superiùs disputatis falsissima sunt; Nam utriusque parentis humani semen ad hominem formandum concurrere debere, tam est certum qvam quod certissimum (w). Consimili prorsus ratione de *Hippocentauris* omnia ficta atqve falsa erunt. Cum enim Centauri fuerint Populi *Thessaliae* secus Pelion montem habitantes, qui primi eqvos domare & ex iis pugnare coeperunt, à vicinis primùm conspiciti, membra partim humana partim eqvina habuisse crediti sunt (x). Plura de horum origine vel *Lexicographi* (y) dabunt; qvæ omnia deinde *Petrus Leo* (z) confirmabit; Tradit enim ille de Indis Qvitensibus eos mirari solitos esse, cum Hispanos eqvis vectos intuerentur, existimantes unum atqve idem corpus eqvos hominesqve esse. Mendacio autem foedissimo colorem in Sacris Pandect. qvarere, ex *Esaie* in primis cap. XXXIV. v. XIV. vanum esse docent Theologi (a), ad quos L. B. remittimus: Sufficenter enim ostensum est, *fictam hanc de Centauris esse thavmat.* Huc quidam *Lycanthropos* fine ruboris nota referunt; Mirum nimurum est non tantum per Liveniam & Lapponiam, sed & passim in qvibusdam Germaniæ locis, hanc, *de substantia hominum in lupos metamorphosi*, sententiam, animos non paucorum occupasse. Tædet repetere ea qvæ sententiam hanc illustrant, & qvæ copiosè ab aliis adduci (b) solent; De integris tamen Nationibus & familiis, utpote de *Neuri* (c), de familia Antei (d), de Scythis item, plurima apud citatos autores congeta, hic ad minimum memoranda erunt. Verum quis hic iterum ficta non agnoscit Thavmatanthropologiam? Prout enim metamorphosis hominū in canes, feles, corvos &c. alii dudum rejecerunt & refutarunt (e): ita neq; hoc loco credendum est, veram esse hanc transformationem hominum in lupos, sed tantummodo apparentem, cuius illusionis atqve dementationis causa

M 107

interna est hominis depravata phantasia, externa vero fascinatio atque ludificatio Dæmonum. Plura desiderantem, ad citatos Autores haud graviter ablegamus, nobis enim ad alia & curiosiora paulò descendendum erit.

(l) *Centauri dicuntur esse monstra, externâ corporis specie aut hominem & equum, aut hominem & asinum referentia.* Si semi-hominis & semi-asini figuram exhibent Onocentauri, si semi-hominis verò & semi-equii, hippocentauri, appellitantur. (m) *Talia monstra hominum verè dari statuit Plinius lib. VII. N. H. c. III. p. m. 113. b. Aelianus lib. XVII. c. IX. Hist. Var. Nicemberg. lib. V. H. N. c. IIX. itemque autores qui ex professo historiam monstrorum scripsierunt, ut Aldrovandus, Stengelius, Pareus, Schenckius, quibus omnibus calculum suum addit Schottus l. c. lib. III. c. I. p. m. 392., credibilem esse horum hominum existentiam proclamans. Negativam autem tuentur, vel ad minimum de horum monstrorum existentia dubitare Cicero. lib. I. Tufcul. Qv. & lib. II. de Nat. Deor. Max. Tyrius Serm. XXXIV. Augustinus Lib. XIIIX. de Civ. Dei c. XIII. p. m. 344. & adductus paulò ante Aelianus. Plures Autores congesit Lælius Bisciola lib. XII. Hor. Subcistr. c. IV. ut poëtas quosdam taceam, quos, quamvis alias fabulis addictissimos, hic etiam habemus consentientes. (n) *juxta Cicer. lib. II. de div.**

(o) *lib. IIX. Hist. An. c. XIIIX. (p) lib. II. de Gen. Animal. c. V. quibus addit Dn. D. Zeidlerum Analyt. Poster. lib. III. c. V. §. IV. p. m. 716. ex quo hæc excerptimus. (q) lib. II. Physic. T. 83. (r) lib. V. H. N. c. VII. (s) Conf. Erasmus Francisci in der lustigen Schaubühn allerhand Curiositäten Part. I. p. m. 122. (t) lib. VII. c. XII. Inst. divin. cui addes Stagiritam lib. I. Top. c. XI. & lib. I. Eudem. c. III. (u) Lib. XII. disquisit. Magic. c. XXXI. (w) Vide insignem Theol. D. Dorscheum in Pentadecadis Auctuario Disp. IV. per totum p. m. 621. seqq. ubi de propagatione speciei humanae prolixè differuntur. (x) teste Diod. Siculo lib. V. c. II. (y) Calepin. in Onomastico sub Voc. Centaur. f. m. 98. & Martin. Lex. Etymol. fol. m. 429. qui ex Servio in lib. III. Æneid. Virgili plurima in hanc rem congesit (z) Part. I. Histor. Peruv. c. XXXIX. apud Bisciolum cit. Schotto l. c. p. 392. (a) Dn. D. Calovius. Bibl. Illustr. Tom. II. p. m. 159. paulò aliter Voëtius Vol. I. select. Disp. p. m. 981. concedit enim ille talia monstra: ita tamen ut plurima ad spectra diabolica referat. (b) Conf. Camerar. Hor. Subcistr. Part. I. cap. LXXII. p. m. 327. seqq. Olaus M. lib. XIIIX. c. XLV. XLVII. Histor. Sept. Schottus Phys. Cur. lib. I. c. XXVI. p. m. 113. seqq. Wierus lib. IV. de Præstig. Dem. c. XXIII. Boskier Conc. V. de filio prodigo p. 232. seqq. (c) teste Pomp. Melæ lib. II. Cosmogr. s. de situ Orb. (d) memorante Sabelllico l. c. fol. m. 7. & Varrone*

apud Augustinum lib. XIX. de Civ. Dei c. XVI. p. m. 370. (e) preter citatos enim Autores de hac re evolvi poterunt Voëtius l. c. p. m. 938. Bodinus Dæmon. à p. 323. ad 357. Peucerus de divinat. p. 131. seqq. Scharffius Pneumat. lib. III. qv. 4. Sperling. Instit. Physic. lib. I. c. III. p. m. 134. seqq. & alii plures.

§. VI. Partibus consideratis *ad totam hominis staturam dilabimur circa* quam paulò intricatiorem, *verissimam* tamen *thavmatanthrop.* contemplaturis, cum excessus atque defectus obveniant, prius in justam atque debitam humani corporis proportionem erit inquirendum. Cum autem statuра humana (qvae, uti quantitatis maximè induit naturam, ita quoque nihil aliud est quam erecta & definita longitudo, ab anima auctrice producta) propter regionum, etatum atque sexus varietatem vix uniusmodi sit, hic ut aliquid certi determinemus, erit difficillimum. Nimur magnas hoc in negotio antiqui pariter & Neoterici moverunt lites (f), quas omnes consopire possemus, si de statuа Protoplasmorum nostrorum, immediate à summi Opificis manu productorum proportionem, quam nos adhuc integrum servamus (g), certius constaret. Praeunte tamen Alberto Durero (h) & Vavassore (i), ex consensu omnium ferè Sapientum colligere datum est, proportionem atque statuрам hominis justam, ad quam veluti normam ceterae sunt expendenda, in longitudine quidem sex pedibus geometricis, id est, tribus circiter ulnis; in latitudine vero & crassitie, uno tantum cum tertia parte, absolvitur debere (x). His presuppositis in proclivi est judicare, illos, qui aliquot ulnis statuрам definitam superant, in excessu: illos vero, qui unam circiter ulnam vix assequuntur, in defectu, peccare. Atque hic *Statuа excessus & defectus* materiam thavmatanthrop. nobis subministravit. *Excessum*, quod primo loco attinet, hunc *in Gigantibus*, quos alii Læstrigones, Germani vero & Belgæ Riesen appellant, facile reperiemus. Quæritur scilicet à Scriptoribus sacris atque profanis, *utrum non tantum certa quædam individua, verum etiam totа Gigantum nationes, in rerum natura existant?* Nos affirmavimus, subdità paulò post *Præcieionem* quādam, arripientes, initio statim ad sacros, deinde vero profanos, hosque tam veteres, quam recentiores, provocabimus Autores. In Sacris veritas asserti nostri ex Numer. XIII. v. 33. 34. (ubi in Plurali de toto Giganteo genere sermo est) Josue XIV. v. ult. Deut. III. v. II. Lib. I. Samuel. c. XVII. v. 4. Lib. II. Samuel. c. XXI. v. 16. Deuteronom. c. II. v. II. & 20. Jos. XII. v. 4. &c. XIII. v. 12. itemque Amos c. II. v. 9. & pluribus locis alii inter se collatis, sufficenter explicatur. Quamvis autem haud pauci ex Interpretibus sacris (l) per vocabulum ebræum נְפָלִי non tam

cor-

corporum mole à reliquis discretos, qvam latrociniis & grassandi libidine, immò enormi impietate notabiles, intelligent: reperiuntur tamen non pauci, qvi idem vocabulum, & hominem staturā magnum, & invadendi sive prædandi libidine ferocem (m) denotare, strenuè defendunt; qvibus collatione omnium locorum adductorū factā, pace secus sentientium, & nos qvoqve adstipulamur. In profanis Scriptoribus itidem Veritas sententie nostræ triumphat. Nolumus aliorum citata huic transcribendo, alieno vitulo vitiosè arare; qvilibet evolvere poterit eos, qvi ex professo Historiam Gigantum tractarunt: nempe Kircherum (n) Schottum (o) Sennertum (p) Thomam Fazellum (q) de Gigantibus Siculis, aliosqve, qvi partim de Gigantibus hinc & inde in diversis Regionibus visis, partim de ossibus illorum freqventer effossis, ex fide dignissimis, iisqve plurimis Autoribus L. B. informabunt. Nos (qvod scopo præsenti paulò accommodatiū est) Thavmat. nostram confirmaturi, de integris Nationibus Gentibusqve, vel ad minimum familiis gigantis inventis, seqventia suppeditamus exempla. Cluverus (r) primū prodeat, qvi, in Regione Chicā, scribit, Patagonum Gens est stupenda proceritatis, nem, ad summum decem pedum mensuram implens. Confirmat hoc Gottfried ex auct. Magellani de Provinciā Patagoniū; verba ejus apponimus: Sie sind allhie eines Diesen ansichtig worden/ der so groß gewesen / daß ihm die Spanier kaum an den Gürtel gingen. Nachmahl's haben sie noch einen zehn Schuhe hoch gefangen/ welcher einen Korb voll zweybacken Brodt auss einmahl aufsträß/ und einen halben Eymē Wasser in einem Athem aussoff. Seqvatur Plinius (s) qvi Syrbortam gentem octonum altitudine cubitorum esse memorat. Mela (t) tantæ proceritatis apud Indos homines reperiri, testatur, & corpore adeò ingenti, ut elephantibus ibidem maximis, sicut nos equis, facile & habiliter utantur. Ex iis qvi novum orbem perlustrarunt Antonius Pigafetta (u) refert, apud Canibales ad fretum Magellanicum se vidisse gigantes populos, qvorum cervix ad brachii dimidiū longitudinem protendebatur, ita ut supra nostros homines à cingulo eminerent, id qvod D. Olf. Dappert in Americā suā de gente Canibalium fusissimè confirmat. Erasm. Francisci (w) hæc habet: Anno 1618. haben die Spanischen Schiff. Leute nach Osten/ der Enge des Magellanischen Meeres hin/ Leute von sehr grosser Länge gefunden/ welche woll eines ganzen Hauptes länger gewesen/ als die allerlängste Männer in Europa. Melchior Nunger (x) in literis Indicis feribit, in Regiā urbe Peqvin Chinensis Regni, portarum costodes esse gigantea & staturæ quindecim pedum. Digna sunt verba D. Dapperti (y) qvæ hic repetantur: Sie zogen von dannen / und kamen in eine andere Insul/ und weil sie anfangs keine Leute sahen/ vermeinten sie daß sie ganz unbewohnet seyn müßte/ da sie sich aber auß Land begaben/ wurden sie im Sände eßlicher grossen Fustapfzen gewahr/

wahr/ daraus sie vermuhten konten/ wie in dieser Insel grosse Leute und Riesen wohnen müsten; welches sich denn nachmahl's aufgewiesen/ denn als ihrer neun einen Weg nachgangen/in Meinung frisch Wasser zu finden/ kommen sie auf eine Meilweges zu fünf Häusern/ darinnen sie zwey grosse Weiber mit dreyen Mägden antraffen/ darüber sie sich heftig verwunderten. Bald darauf kahmen in die sechs und dreyzig nackende Männer/ welche ein groß Theil grösser als die Weiber waren/ und am Leibe so wollgestalt das es woll zu sehen war. Diese Insel nennen nachmahl's die Spanier der Giganten/ oder Riesen Insel. Idem Dapper (z) alio in loco haec habet: In Thren (der Peruaner) denckwürdigen Geschichten erwähnen sie auch eßlicher Riesen/ welche vor alters umb das Vorgebirge der heiligen Helenæ gewohnet. Diese welche vier mahl grösser als ein gemeiner Mann waren/ konten sich mit den grössten See-Wundern nicht sättigen &c. his adde qvæ idem Autor alibi (a) de iisdem gigantibus refert, olla enim eorum ab Hispanis miraculo fidem denegantibus deinde effossa sunt, adeoqve veritas historiæ evicta fuit. Et haec, ut speramus, ad gigantum nationes & familias probandas, adeoqve nostram thavmatratione staturæ in excessu ex historiis confirmandam, adduxisse sufficerit.

(f) Ut videre est apud Cœl. Rhodig. in Antiqu. Lect. Lib. XXIV. c. IX. (g) *juxta Voëtium l. c. p. m. 739. (h) libro de Corp. Human. & Part. proportione (i) qui de formâ Christi librum compilavit, in quo legere est, SERVATORIS nostri perfectissimum corpus tribus ulnis fuisse absolutum, quod ex mensurâ, Romæ hodienum in æde S. Johannis servatâ, colligere voluit. (k) Vid. Joh. Andr. Schmidt. l. c. Disp. de pulcrit. §. 7. circa med. (l) prolixè hac de re disputat Voëtius l. c. part. VIII. p. m. 704. seqq. adde Riveti Comm. in Cap. VI. Genes. Exerc. L. f. m. 206. seqq. Dn. D. Calovium Bibl. Illustrat. Tōm. I. in b. l. f. m. 264. a. D. Pfeifferum in Dub. Vexat. Cent. I. Loc. XXIII. p. m. 173. Non tamen negant hi interpretes dari gigantes, sed, ad alia scripturæ loca commentantes, id concedunt. Notabis itaque admodum errare Joh. Goropium qui in sua Gigantomachia S. Scripturam semper violat, & prefabulis gigantes habet, unde à Chassanione, vel ut alii scribunt, Chassagnone meritò refutatus est; explodendum itidem esse Jacobum Bolducium Theologum Pontificium, ille enim in tractatu de Ecclesiâ ante Legem anno 1630. edito lib. I. c. 8. & seqq. metaphoricum & tropicum ubique querit sensum, & insulæ sic satis gigantes negat. (m) Vid. Pfeiff. l. c. & imprimis Venerabilem Preceptorem nostrum. B. D. Varenium Comm. in Genes. Decadis V. Loc. VI. p. m. 425. seqq. qui נִפְלֵי ita reddit: Große erschreckliche un-
geheure Riesen; imprimis autem ad Num. XIII. v. 34. provocat, ex utriusque loci collatione id probaturus. Adde Alb. Voigtii Miscellanea Biblica Hept. I. Loc. II. p. m. 6. 15. Ubi plurimos. autores testimonium de existentia gigan-*

titum

223

rum per hibentes simul videbis. Dignus etiam est ut hoc loco evolutior
 Salianus Annal. Eccles. Vet. Testam. Tomo. I. ad Ann. 1042. f. 130. 140. edit.
 Colon. (n) Tomo. II. M. S. Lib. VIII. se^t. II. c. IV. p. m. 53. ad 57. (o) Phys.
 Cur. lib. III. c. IX. ap. m. 430. 439. (p) in peculiari Dissert. Anno 63. Wit-
 teb. habitā. Torniellus Annal. Sacr. & Prof. Tom. I. ad Annum Mundi 987.
 p. m. 80. num. 19. edit. Colon. ubi plura exempla ex antiquitate adducuntur.
 quibus adde Hier. Magii Tractatum de Gigantibus & Chassagnonem cit.
 de iisdem, ad quos provocat. Beerman. l. c. §. 13. p. m. 363. in primis Erasmum
 Francisci in Sitten. Spiegel ausländischer Völker lib. I. Hist. XVII. f. m. 109. seq.
 qui id egregie diduxit. it. Camerar. Hor. Subcisi. part. I. c. LXXII. p. m.
 380. (q) Decad. I. lib. I. c. IV. dicti tract. cui physicos ubivis obvios addere po-
 teris. (r) Introd. in Geogr. lib. VI. c. XXIV. cum Not. Bunonis p. m. 675., ille
 a. in Historia Antipod. part. II. p. 244. citante Sennerto l. c. Cap. VI. §. 6. (s)
 Lib. VI. H. N. c. XXX. p. m. 106. a. (t) de situ orbis lib. III. c. III. (u) teste Jon-
 stono in Thaumatol. Classe X. c. IV. (w) im Sinesischen Lust- und Staats-Gar-
 ten p. 109. a. (x) citante Schotto l. a. §. 5. p. m. 438. (y) in America sua lib.
 I. Part. III. p. m. 66. b. & Gottfried. in Histor. Antipod. p. 225. abs Sennerto
 l. c. allegatus, qui omnes illud ex Navigat. Americi Vesputii desumperunt.
 (z) Americae sue lib. III. part. III. p. m. 336. a. (a) nempe Part. II. lib. I. p.
 13. a. l. c.

§. VII. Cum autem non solis autoritatibus sed rationibus potissi-
 mū sit standum, controversiae huic historicæ, ut physicam jungamus, ad u-
 beriorem Thaumat. hujus declarationem, maximè erit necessarium. Reli-
 quis autem controversiis, qvas hic movere poteramus, conflictui destinatis,
 hoc tantummodo (ut totius rei fundamentum) disquisituri sumus: *An singu-
 la ea, quæ partim densè citati autores, partim nosmet ipsi ex iis, de Gigantibus
 memoravimus, pro veris sint reputanda;* & deinde: *Unde tanta molis homines
 fuerint orti?* Ratione prioris opem Celeb. Kircheri implorabimus, qui, si
 quisquam alius, hic admodum cautè procedit (b). Nimirum homines ma-
 gnæ atqæ vastæ staturæ utriusque sexus omni tempore extitisse, haud infici-
 atur: At homines XXX. C. imò CC. cubitos excedentes (qvalia exempla
 supra allegati Schottus, Fazelus &c. adduxerunt) unquam extitisse, haud in-
 suspè, nostro quidem qvalicunque judiciō, negat. Hoc probaturus juxta
 communem Geometrarum aestimationem, cubitum pedes duos, pedem vero
 palmum Romanum unum cum dimidio, exæqvare afferit: Schema ex Kir-
 chero huc adponimus.

C

Golia

	Cubitus	Pedes	Palmi
Goliathus altus fuit	6 $\frac{1}{2}$	13	19
Orestis cadaver jussu Oraculi effossum	7	14	21
Asterii Anactis	10	20	30
Cadaver in Creta, ex monte effossum	46	92	138
Cadaver Tingæ in Mauritania	60	120	180
In Erice monte Drepanitano	200	400	600

Jam cum natura certum animalibus omnibus posuerit terminum, quem ad actiones suas ritè obeundas egredi nequeunt: istiusmodi sane homo 30. 60. 200. cubitorum, consistere haud posset, membra enim vix cohaerent, sed potius gravitate partium & nativa tenacitate dissoluta, solo pendere divellerentur. Neque enim pedes tantam molem sustinere, neque brachia ullam violentam actionem sine convulsione totius exercere possent (c); *Discimus* hoc, pergit, *ex marmoreis Colossis Romæ*, quorum extiticia membra sine fulcro addito consistere non possunt, quin pondere divellantur. Quod si verum est in marmoreis statuis, quanto magis in humana statura prodigiosa magnitudinis, verificabitur. Id porrò ab absurdo illustrat: Si enim gigas Drepanitanus teste *Boccatio* (d) extisset, unde illi alimentum sufficiens accedere potuisset; vel si illi: unde aliis hominibus? maximum quippe velum nauticum fuisset illi stropholi loco; Imò quod habitaculum eum capere potuisse, cum nec vastissima turris ejus æquare proceritatem queat: & quæ alia ab autore cumulantur. Ex quibus omnibus dispallescere putamus Kircheri sententiam sic satis plausibilem esse, dum ultra trium priorum molem, historiam de Gigantum magnitudine extendi nolit. Nos sane vel *Asterii Anactis* proceritatem in dubium vocaremus, cum fabellis Poëticis plurimis hæc relata scateat, & ultra veritatem fortean statura ejus diversis relationibus aucta fuisse: nemo enim ex *avvñpsiæ*, quantum nos quidem meminimus, quæ tamen hic maximè requiritur, id scriptum reliquit, sed omnes potius relata referunt: juxta illud: Narravere Patres, & nos narravimus ipsi. Neque est ut pro historia probabilitate nobis ex factis *Oggum* regem Basan objicias: cuius lethus ferreus novem cubitorum longitudinem, ad mensuram cubiti virilis manus, æquasse, indubie assicurit: Notant enim Interpretes Sacri, maximè *B. D. Varenius* (e), non de cubito viri magni, sed ordinariæ staturæ heic loci sermonem esse; unde etiam satis ad immaniorem staturam putat, longum esse sex mediocribus cubitis, & adeo spondam habere novem cubitorum: Quia enim *þondæ*, inquit, *tertia parte* longiores hominibus fieri solent, inde ipsum *Oggum*

Oggum sexcubitalē m̄ fuisse concludunt Ebræi. Qvæ autem Dappertus supra §. VI.p.16. de Peruvianis referebat, probationem certioremeritō reqvirunt. Instabis autem ulterius dubitando: Unde immanissima qvædam sceleta. E.C. dentes stupendæ magnitudinis (f) manus, pedes, aliaq; ossa varia (g), (de qvibus tamen indubium est citatoruni autorum testimonium) ortum traxerint, si gigantum, proceritatem Orestis & Goliathi superantium, existentiam, in dubium vocamus? Ast facilis iterum est, præente Kirchero laud. dubii propositi solutio! Scilicet notabis hic accurate, dentes, maxillas, costas & alia hujusmodi ossa, non semper esse elephantorum, ut aliqui autumant (h); neque etiam semper balænarum (qvalis costa & apud nos Rostochii in adito Templi Mariani conspicitur): Sed aliquando lapides esse in terræ cavernis generatos, figurantque vel maxillæ, vel capitū &c. exhibentes: Nam latere, inquit celeb. Kircherus (i), in subterrestribus visceribus intra saxorum montium hiatus, terram qvandam limosam qvam Margam nominant, gypſea materiæ mistam: qvæ terra ubi per rimas montium nitrosum fluorem receperit, fit, ut illa veluti cortice qvodam gypſeo induatur, qui uti cum tempore lapide scit, ita quoqve salentri splendore albedine sua os proximè æmulatur, ut potè candidum, rimosum, & friabile. Dentes autem qvos in antro Panormitano ipse Autor observavit, hoc pacto formari scribit: Cum parietes antri non adeo duro lapide constent, sed arenoso potius, calcareo & gypſeo, at qvæ rimis ob humidi abundantia in obnoxii sint, uti stiræ nitrosæ satis monstrant: hinc fit ut salenitrosus sive vitricus humor subtilitate sua mollem lapidis substantiam usqve ad extimam superficiem pervadat, ubi cum qvō defluat non habeat, ibidem fixus, in lævem, candidam, osleamqve materiam, dentibus haud abſimilem induretur; qui qvidem dentes juxta rimosam parietum dispositionem singuli à singulis separati, & veluti intra maxillam affixi, veras dentium maxillas propè mentiuntur, diversissimæ magnitudinis, ita ut nonnulli gigantum dentes non immeritò videri possint. Si autem intra terræ concavitates, hæc terra limosa adqve lapidem formandum disposita concavitas rotundæ locum invenerit, nascitur pila rotunda, qvæ discussa, calvariam proximè æmulatur; Si matrix fuerit disposita sub forma femoris humani, aut costæ, aut alterius membris, marga in ea contenta super affuso salenitroso humor, femur humanum, majus, minus, maximum & prorsus giganteum, pro matricis magnitudine exprimet. Atqve hæc sunt ossa ista qvæ natura producit, & passim ossa gigantum communis hominum persvassione dicuntur, qvæ tametsi confregeris, nulla in eis nec medulla, nec medullæ fistulosus meatus reperitur: qvod fieri deberet, si ho-

, minis ossa forent. Hæc qvæ de formatione ossium in cavernis subterraneis differuimus, omnia Kirchero accepta ferimus, qvò B. L. ob autoris raritatem de sententia hujus veritate eò feliciùs judicare queat. Possemus haec tenus allata egregiis qvibusdam exemplis, partim aqvis qvibusdam, in qvibus omnia injecta lapidescunt (k), cuius rei causam *Cartesius* (l) ad mentem *Kircheri*, & in primis *Conringius* (m), eruditè explicaverunt; partim variis naturæ lusibus, qvos in mirabiliter fingendis lapidibus variè figuratis exercet, illustrare: nisi alii hac de re evolvi posseant (n), atque nobis in primis ad alia effet properandum.

(b) *Vid. l. c. M. S. p. m. 38. seqq.* (c) *vid. cum pluribus l. c. vel si tibi ipse Kircherus non ad manus evolve Beccani. l. c. p. m. 363.* qui plurima ex eo congeffit. Non equidem ignoramus Erasmus Francisci in *Traët. cit. Sittens Spiegel lib. I. Hist. XVII. p. m. 119. 120.* has Kircheri rationes in dubium vocare, easque variis instantiis, haud contempnendis, infringere velle: id tam certius constat, cum Kircheriana sententia haud contradicere. (d) *lib. IV. c. LXIX. in sua Deorum Genealogia.* (e) *Decad. Mosaic. I. Loc. V. p. m. 5. in Deuteronomium.* (f) *de qvibus vide Sabellicum l. c. p. m. 2. Augustini, lib. XV. de Civit. Dei. c. IX. p. m. 122. seqq.* Bartholin. *Hist. Anatom. Cent. I. Hist. XXXIX. p. 157.* (g) *de qvibus vide autores cit. quos talia exempla §. præced. compilasse summo studio, diximus;* & Torniellum *l. c. p. m. 80. 81.* qui varia exempla de ossibus passim repertis habet. (h) *Gassendus scilicet in vita Piereskii lib. III. p. 210.* (i) *l. toties alleg. p. 61.* (k) *de qvibus conf. Kircher. l. c. Tom. I. Lib. V. S. II. c. III. §. 7. p. m. 250. seqq.* Vossius de Orig. & Progr. Idol. lib. II. c. LXXI. p. m. 875. Agricola lib. IV. de Ortu & Caus. Subterr. c. XI. & Albert. M. lib. I. Min. Traët. I. c. VII. (l) *Parte nimirum I. Ep. LIV. p. 106.* (m) *Diss. de aqvis §. XLIV. seq.* (n) *in Compendio plurima leges apud Franciscum Sines. Staats-Garten p. m. 156. seq. ad. p. 165.* & laud. Kircheru Tone. II. l. c. lib. XII. f. I. fol. m. 348. seqq. it. lib. I. p. 44. atq[ue] alibi passim.

§. IIX. Porro ratione posterioris, quando scilicet §. præced. que-
rebamus: *Quanam causa physica ortus tantæ molis gigantium fit;* ut eò illu-
striùs veritas Thavmetanthrop. nostræ in apricum deducatur, observandura
paucis erit, nos rejectis Poëtarum fabulis, qui gigantes è terra, cœlique san-
gvine natos esse tradunt (o); explosis item Rabbinorum qvorundam nuga-
mentis, qui eos ex genere duorum angelorum qui è cœlo deciderant, nempe
Aza & Azael esse genitos, atque ob id נָפִיל h. e. cadentes vocitari; missis
tandem illorum sententiis (p), qui loco scripturæ Genes VI. v. 4. moti, eos ex
dæmonibus incubis atque foemini succubis prognatos esse afferunt (q); plu-
rimis.

rimisqve aliis opinionibus, qvas non tam physicorum, qvam theologorum esse advertemus, autoribus suis remissis: rotundè afferimus, eos ne qvidem singulariter à DEO creatos, sed naturalem, eandemqve nobiscum agnosce-re originem. Cum enim gigantes, qvatenus gigantes & proceræ staturæ sunt, haud generentur, sed advenientibus demum annis, & succedente ætate in tantum staturæ excessum provehantur, nil absurdū tuebimur, si dicamus, eos ratione principii, à parentibus mediocris alioquin & debita staturæ, prosem-inatos esse? Si enim natura per accidens aberrans, secundariò producere intendit, actuqve producit pygmæos atqve nano-s cubiti mensuram vix supe-rantes, adeoqve à debita statura deficientes, qvid absoni, si eodem modo gi-gantes producendo, & in excessu peccet? Illustrare assertum nostrum poslu-mus exemplo qvodam qvod *Lycosthenes* nobis suggerit (r), natum scilicet es-se Anno 1549. puerum in agro Tigurino ex parentibus mediocris staturæ, cu-jus præproperum incrementum omnibus admirationi fuit; nam cum sextum æ-tatis annum absolvisset, proceritatem adolescentis qvindecim annorum æ-qvabat, annos qvinque natus ingentia onera bajulabat & aratum instar ho-minis adulti moderabatur. H. I. Conf. & *Bartholium* (s) qui in Gallia se juvenculam annorum XIIII. vidisse testatur, molis giganteæ, sed parentibus pumilionibus natam, cuius unica manus tres viriles facilè exæqvabat. Ex qvibus haud obscurè dispallescit, non tam ad facultatem animæ vegetativæ ge-nervativam (t), qvam augmentativam, inter causas gigantium effientes, re-currentum esse. Qvamvis autem hæc inter omnes alias maximè probabilis videatur causa, paulò tamen aliter ab aliis proponitur: Afferunt enim & illi nobiscum, gigantes naturalem, eandemqve cum aliis hominibus agnoscerre originem; ast in eo dissentunt, dum defendunt, eos non à parentibus me-diocris staturæ, sed gigantibus, esse proseminalatos, eorumq; Protoplastos ipsum Adamum atq; Eam constituant; qvorum staturam, qvamvis fuerit gigantea, hodie tamen paulatim ita imminutam esse, edisserunt, ut vix vestigia ejus nobis fuerint relicta (u). Et ut fidem dictis faciant, partim cum *Augustino* ad e-xempla, partim S. Codicem, *Iosuæ* nim. cap. XIV. v. 15. provocant. Verùm enim verò utrumqve hoc, invalidæ alicujus probationis testimonium prodit: Exempla enim particularia universalem hand facere conclusionem, vel tyro-nibus est notum; Deinde qvamvis versio vulgata dictum illud biblicalum ita legat: *Nomen Hebron vocabatur Kiriath Arba, Adam maximus ibi inter Enakim situs est*; ignotum tamen vix esse potest, vocabulum Ebræum חַרְבָּן non semper nomen proprium, sed & appellativum denotare, unde etiam ve-nerabilis noster Megalander bene sensum fontium expressit, vertendo: Über Hebron

Hebron hieß vorzeiten Kiriath Arba/ der ein grosser Mensch war unter den Enakim.
Plura non addimus, sed ad interpretes sacros provocantes (w), thavmat.
circa stature excessum obvenientem, concludimus, reliqua quæ ratione defe-
ctus notari merentur in seqventibus proposituri.

- (o) Conf. fusè Natal. Comitis Mytholog. lib. VI. c. XXI. (p) quæ opinio præter
quosdam Ecclesiæ Patres, est etiam Valesii Phil. Sacræ. c. IIIX. & Tostati Comm.
in l.c. Genes. itemq; Sulpitii Severi qui Seculo. V. vixit, in sacra historia, quæ re-
perire est in Bibliotheca Maxima Patrū (utimur edit. noviss. An. 1677. Lugdun.
XXVII. Tomis comprehensa) Tom. VI. fol. 326. a. Originem fabule ex Fragmento
quodam Enochii derivant, quod Anno 1670. & Oedipo Ægyptiaco Ath. Kir-
cheri edidit Dn. Augustus Pfeifferus, ibi enim exprefse memoratur, Egregio-
ros mortalium connubis sese immiscuisse, natosq; inde esse gigantes. Cum
autem fragmentum illud supposititum esse, cum Celeb. Theologo B. Dor-
scheo Dissert. I. Auctusrii Pentadec. p. m. 557. seqq. afferat cit. Pfeifferus,
ibig; fabule totius origo abundè refutata fuerit, non est ut hæc operosè repe-
tamus. (q) Admodum hic erravit Franciscus Georgius à Sixto Senense
annot. 51. & Torniello loco mox citando, allegatus, qui inquirens, quod-
nam sit semen diaboli, universo hominum generi inimicum, juxta Genes. III.
v. 15. perperam decernit: fuisse Gigantes ex coitu dæmonum cum hominibus
genitos Vid. cit. Aut. Tom. I. Problem. 54. Idem Georgius Tomo 6. probl.
330. ipsos dæmones animalia corporea esse putat, proprium semen emitten-
tia & ad generandum apta. Verum hæc recitare, est refutare. Reliquorum,
qui gigantes ex diab. incubis, & filiabus hominum succubis, progenatos esse
sомнiant, Refut. suppeditat Sennertus l. c. c. IV. §. 7. seqq. itemq; Torniel-
lus Annal. Sacr. & Profan. Tomo I. ad annum Mundi 987. fol. m. 77. 78.
(r) apud Schottum. l. c. p. m. 439. (s) Hist. Anatom. Cent. I. Hist. XXXIX.
p. 157. (t) non itaq; inficias imus, contribuere hic etiam plurimum seminis cali-
diffimi, crassissimi & spiritibus affluentissimi copia, adeo q; ipsam facult. gene-
nitiva. (u) In hac opinione plurimi sunt, si Hieronymus in Cap. XXVII. Mat-
thiei Tom. IX. Op. fol. 41. B. edit. Froben. ubi loc. script. Jof. 14. de Gigante Adamo
interpr. Augustinus lib. XV. de Civit. Dei c. IX. p. m. 123. Salianus An. Eccles.
Vet. Test. Tomo I. ad Annum Mundi 1042. num. 10. fol. m. 130. Connimbricens.
lib. IIIX. Physic. c. II. Qu. III. Plinius lib. VII. c. XVI. Hist. Nat. p. m. 117. b. &
alii, quos congesit Sennertus l. c. c. V. §. 2. (w) Vid. fusius hæc diducentem
Sennertum per integrum cap. c. cui conjunges Dn. D. Calovium decus illud
Theologoru[m] Tom. I. Bibl. Illustratorum in b. l. p. m. 264. a. D. Pfeifferus
Dub. Vexat. Cent. II. Loco. V. p. m. 379. ubi exprefse probat, vocem נָתַן
sumi

229

sumi appellativè & referri non ad Adamum sed ad gigantem Arbae. In pri-
mis Vid. Waltheri Harm. Biblic. in b. l. p. m. 326. & p. 331. editionis 6ta.

§. IX. Thaumataanthropiam circa staturam humanam in excessu ha-
cenus contemplati sumus: restat ut eam, quam in defectu circa eandem ho-
minis proportionem invenimus, pro modulo nostro brevibus expendamus.
Occurrunt hic nobis Pygmæi, vel homines cubiti unius (πυγμὴ enim five
πύχνος græcis cubitum denotat, unde πυχνᾶς & πυγμᾶς) cubitalis.
Vid. Lexic. Græc. magnum) five duorum pedum geometricorum, vel juxta
nos unius ulnæ vulgaris mensuram haud excedentes; de quibus non incom-
modè hoc loco disputabitur: *Utrum in rerum natura existant, vel ad mini-
mum olim tantum extiterint?* Observandum autem in antecellum, nobis
non de quibuslibet dictæ staturæ homuncionibus atque pumilionibus, quales
Regum ac Principum aulæ passim exhibent, & ludibrii ergò sovent, qui com-
muniter Nani, germanis vero Ziverge appellantur, ac casu instar monstro-
rum generantur, sed de integris propriè ita dictorum pygmæorum Nationibus,
qui hanc cubitalem magnitudinem in posteros propagant, hoc loco dispu-
tationem esse. Nam de prioribus nullum hodie amplius existit dubium, cum
ubique eorum existentiam testentur autores, ac quotidiana īdies confirmet
experiētia. Qvia enim vel ob seminis paucitatem atque indebitam frigi-
ditatem, vel nutrimenti inopiam, vel nimis arctam fasciarum constrictio-
nem, vel spontaneum Glottocomii (a) usum, vel denique ob morbos aliaque
accidentia, facile evenire potest, ut hujusmodi monstra, nani scilicet, præter
primam naturæ intentionem, utpote quæ perfectum & optimum semper in-
tendit, producantur, vix, positâ hâc causâ, hunc etiam negare poterimus effe-
ctum. Subjiciemus interim pauca, eaque rariora Nanorum atque pumilio-
num exempla. In Duciis Bavaria nuptiis nanus erat, qui integrè armatus
cum brevi hasta, gladio accinctus in artocreate, ut non conspiceretur, occul-
tatus, & in mensam appositus, fracto artocreate erumpens, & stricto gladio
gladiatorum more faliens, risum incussit omnibus & admirationem (b). A-
liud resert Zeilerus (c), quendam perfectâ ætate cubiti longitudinem æquan-
tem caveæ psittaci, inclusum suisse; quod fortean autor allegatus Cardano
(d) debet, apud quem hujus nani mentio injicitur. Paulò rariùs est quod
Camerarius (e) annotavit, pumilionem quendam perdice majorem non suis-
se, atque sub Theodosio Imperatore in Ægypto vixisse; rarissimum est, quod
nihilominus prudentiâ excelluerit, & musis deditissimus, vel ipso sermone ge-
nerosæ mentis speciem præbuerit, vitam autem per viginti annorum decur-
sum

sum continuaverit. Idem Autor l. c. hæc habet: Cognovi ex fide dignis
viris, in bellis superioribus Gallicis inter pedites capitaneum Nanum Polo-
num, qui sclopetis emitendis dexterrimè se gesserit, fuisse, eumque gloria-
tum, si sumptus necessarii impenderentur, se ex sua natione sui similes, si-
gnum peditum sclopetariorum colligere & in Galliam ducere posse. H. L.
Plura qui desiderat exempla, *Caffarum Bartholinum* in peculiari, eoq;ve egre-
gio hac de re tractatu; Schottum item qui plurima ex Bartholino compilavit
(f); & *Erasmum Francisci* (g), qui hos duos more consveto iterum presse fe-
quitur, adire poterit, atq;ve conferre. De his, prout jam ante monuimus, na-
tis, per varias regiones sparsis, ob rei decantatam certitudinem non ulterius
solliciti erimus: de illis tantummodo disputaturi, qui integrum nationem,
vel ad summum familiam, constituunt, & propriè *pygmæi* appellitantur.

(a) *Quid Glottocomum vel Glottocomium sit, docet Celeb. Zimmerm. in*
Analect. Sacr. & Profan. Mens. I. §. XXX. p. m. 38. nimirum est theca vel
arca, in quam tenera adhuc corpora condebantur, quo ne crescerent: itidem
ferè ut catelli intra arctissimam caveam clauduntur, neg; inde educuntur,
nisi post septem menses ab ortu. In hac significatione vocabulum sumit
Longinus ubi de Nanis loquitur. Conicere itaq; cuilibet in proclivi est,
hanc etiam inter causas nanorum efficients esse: solent enim parentes qui-
dam lucri ergo infantes vel fasciis nimium constringere, vel glottocomio tali
includere, quò à debita statura arceantur. (b) *Platerus lib. III. Observat.* ci-
tante Schotto *Physicæ Cur. lib. III. c. VII. p. m. 422.* (c) *Parte. II. Des*
Handbuchs & in Miscellaneis p. 485. (d) *lib. XI. de Subtilit. p. 458. cit. Bar-*
tholino l. c. III. p. m. 11. (e) *Hor. Subcisiu. Part. III. c. LXXXIX. p. m. 300. ex*
Nicephori Lib. XII. Hist. Eccles. (f) *l. c. p. m. 421. seqq.* (g) *im West-Ge-
dischen & Sinesischen Lust- und Staats-Garten p. m. 342.*

§. X. Antiqui certè Scriptores nos in dubio haud relinqunt, sed se-
quentia ad hanc nostram thaymatanth. conferunt, qvæ hic apponere non pi-
grabimur. Cum autem præente Bartholino (h) post Homerum (cui for-
tean aliquis, ut Poëta, vix fidem haberet) id ex *αὐτούσια* Ctesiae Gnidii, nisi me-
omnia fallunt, referat Photius (i) ejus verba, qvamvis paulò longiora, scopo
tamen nostro accommodatissima, transscribimus; Media, autem inqvit,
India nigros habet viros, qui Pygmæi appellantur, eadēm qvā Indi cæteri
lingvā utentes, sunt autem valde parvi, adeò ut bona pars dimidiū cubiti
magnitude, qui autem eorum maximus, duorum cubitorum, haud su-
peret. Capillum autem usq;ve ad genua & infra etiam demissum, barba
qvoq;ve qvibusvis aliis hominibus promissorem gestant. Atq;ve adeo
post-

postquam illis promissa barba exorta est, nullo iam vestitu utuntur, sed capillos quidem à tergo multò infra genua demittunt, barbam autem antè, ad pedes usque protrahunt: deinde cum totum corpus pilis obduxerunt, seipsos cingunt, illis vestimenti loco utentes, sed & veretrum est illis valde crassum, adeoque magnum, ut ad pedum usque malleolos pertingat. Sunt porro simi atque deformes. Oves autem eorum sunt agnis nostris parres: boves & asini ad nostrorum arietum magnitudinem accedunt: equi item eorum & muli, cæteraque veterina animalia, arietes magnitudine non superant. Horum pygmæorum tria millia Rex Indorum in suo comitatu habet. Sunt enim Sagittarii peritissimi. Justissimi autem sunt, & iisdem quibus reliqui Indi legibus utuntur. Lepores & vulpes non canibus sed corvis, milvis, cornicibus & aquilis venantur. Locus est apud eos ostium gentorum stadiorum ambitum habens, cui, quoties à nullo vento agitatur, oleum supernatat: quod qvidam ex ejus medio seaphis hauriunt, navigilio per eum navigantes, atque eo utuntur. Utuntur autem & oleo ex fæmo & ex nucibus: sed præstantius est, quod è lacu illo hauritur. H. I. Adducere primo statim loco voluimus *Gnidium*, quod totius rei feriem, patriam, staturam, vitam, mores & alia, nobis fidelissime consignaverit. Eum excipiat noster *Philosophus*, cui soli vel exinde fidem habere possumus, quod à discipulo suo, Alexandro Magno Macedonum Rege, qui Indiam imperio suo subjecerat, certior de hac pygmæorum gente redditus, ex certissima & industria experientia, in hac verba, posteaquam de gribus locutus fuerat, prorumpat (k): Μεταβάλλοντος γάρ εἰς τὰν Σκυθικῶν εἰς τὸ ἔλη πάνω τῷ αἰγάπτῳ, οὗτον ὁ Νύλος ἔχει, εἴς δὲ οὐ τόπον τοῦτον πογύμαιοι κατεύθυντο. οὐ γάρ εἴς τοῦτο μόνον θέσις, αλλ' εἴς καὶ τὴν αἰγάληθεαν. Γένος μικρὸν μὲν ὄπιστερον λέγεται καὶ αὐτὸν, καὶ οὐδὲ ὑπέστω: Τρωγλοδύτης δὲ, εἴσοδον βίον. Quæ verba Bartholinus ita vertit: Transeunt enim ex Scythicis (campis) ad paludes, quæ supra Aegyptum, unde Nilus fluit. Est autem locus hic quem Pygmæi adhabitant. NON ENIM EST HOC FABULA, SED EST SECUNDUM IPSAM VERITATEM. Genus parvum enim, ut dicitur, & ipsi, & equi. In cavernas autem se subducentes vivunt; addit Gaza in sua interpretatione: Unde nomen Troglodyta quasi τρωγλος δύτης, à subeundis cavernis, acceperunt. Videt ex his quilibet, non ex aliorum relatione, quorum fides in dubium vocari posset, hic loqui Aristotelem, sed ex infallibili experientia, unde non sine emphasi addit: οὐ γάρ εἴς τοῦτο μόνον θέσις: οὐδὲ γάρ εἴς τοῦτο μόνον θέσις, αλλ' εἴς καὶ τὴν αἰγάληθεαν: Adeò ut etiam his verbis commotus D. Augustinus, (l) nullo plane

plane modo ei calculum suum addere dubitaverit, ita enim de monstris, & in primis Pygmæis, sermonem instituens: *Non itaque, inquit, nobis videri absurdum debet, quod, quemadmodum in singulis quibusque gentibus quædam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quædam monstra sint gentium.* H. I. Neque est ut cum Cl. Beccmanno (m) ex textu Aristotelico urgesas, adesse ibi formulam ὥστε λέγεται, quæ vel nuda relationi suspicione facere, vel modestia notam insinuare videtur, ita ut ipse Arist. id pro vero obtrudere recuset; reliqua enim textus verba, scilicet illa: ἀλλ᾽ εἰς κατ᾽ αἴριθεν, si cum ipsis ὥστε λέγεται, conjungantur, sic satis cognitionem, experientiae certissimæ innixam, declarant. Qvis enim, uti jam diximus, crediderit, Alexandrum M. qui animalium naturas noscendi cupidine inflamatus, delegatâ hâc commentatione Aristoteli, cui aliquot millia hominum in totius Asiae, Græciæque tractu, teste Plinio (n), parere jussit, ut quæ cognita & observata ex venatu, aucupio, piscatu, vivariis &c., haberent, Aristoteli consignanda deferrent, certitudinem existentiam Pygmæorum ex India & Scythia, quam subegerat, haud denunciasse? Vix itaque hoc Aristotelis testimonium in dubium poterit vocari, vix temerè explodi. Et quævis ex priscis Scriptoribus, illa, quæ hactenus apposuimus, sufficere possint, placet tamen majoris certitudinis ergo, ad Philostratum (o), Plinium (p), Pompon. Melam (q), Aelianum (r), Gellium (s), atque alios, quos quilibet evolvere & conferre poterit, qui curiosus veritatis æstimator est, provocare, quod cuilibet ad oculum pateat, verissimum esse id quod de Pygmæorum gente asseritur, ean nimirum olim verissimè extitisse.

(h) l. c. cap. IV. p. m. 13. seqq. (i) qui scilicet excerpta Ctes. Gnidii compilavit, ceu legere est ad calcem editionis Herodoti per Heinr. Stephanum in duodecimo p. pp. 759. 760. edit. Francofurt. Anno 1594. Adde Schotti l. c. p. m. 425. ubi alius adhuc locus de pygmæis, quem Photius ex Nonnosī bistoria excerptis, habetur. (k) lib. II. Histor. Animal. cap. XII. (l) lib. XVI. de Civit. DEI cap. II. p. m. 183. quibus eruditus Ludovici Vivis ad h. l. Comm: p. m. 185. 186. addi poterit. (m) Histor. Orb. Geogr. & Civil. Part. I. c. IX. Sect. II. §. XIV. p. m. 364. (n) lib. II. cap. XVI. Hist. Nat. p. m. 143. a. Notari hic simul meretur, Aristot. pro conscribenda Historia Animal. Octoginta Talenta, juxta Athenæum, ab Alexandro accepisse: cum autem Talentum Atticum juxta Micrael. in Lex. Philos. p. m. 1324. communiter 600. coronatis æquivaleat, certum est, Philosophum 48000. coronatos pro opere illo accepisse (o) lib. III. de vita Apollonii (p) Lib. VII. N. H. c. II. p. m. 112. a. lib. IV. c. XI. p. 62. lib. V. c. XXIX. p. 84. & lib. VI. c. XIX. p. 96.

(27.)

& cap. XXX. pag. 105. b. (q) lib. III. de situ Orb. & in specie de sinu Arabico
 (r) lib. XV. de Animal. c. XXIX. (s) lib. IX. cap. IV. Noct. Atticar. qibus
 super adde Strabonem lib. VII. de Aethiopibus sub Egypto. Notabis au-
 tem hanc de pygmeis historiam fabulis multis (ut ea, quae de Gigantibus
 retulimus) esse corruptam; utp. quae de bellis eorum cum gruibus dicuntur;
 id equidem certum est, plurimas in illis locis esse grues, unde à Thracia fluvio
 Strymonia dicuntur, jux. Ludov. Vivem Com. in August. l. c. p. 185. cum a.
 he aves segetes corrumpere soleant, pygmæi verò eas vix ab agris pellere pos-
 fint, sed sagittis conficiant, fabulae occasio inde desumpta est, ac si cum grui-
 bus bella gerant. Mittimus autem fabulas, id cum Dn. D. Zeidlero Ana-
 lyt. Post lib. III. c. V. §. IV. p. m. 715. pro confessso arripientes, extitisse olim
 talium pygmæorum nationem.

§. XI. Quid si autem asseramus, probabile esse, vel ipsam sacram pa-
 ginam pygmæorum nationem agnoscere, & egregio hanc nostram thavma-
 tanth. corroborare testimonio? Perpendatur modo comma Ezechielis,
 quod Propheta Cap. XXVII. v. XI. Tyriorum eximium luxum perpendens
 ita proponit: *Fili Aradii cum exercitu tuo erant super muros tuos in circui-
 tu: sed & PYGMÆI qui erant in turribus tuis per gyrum: ipsi compleverunt
 pulcritudinem tuam.* Nimirum ex remotissimis qibusvis oris, ad luxum ur-
 bis amplificandum, exotericarum nationum homines undique fuisse conqui-
 sitos, non tantum ex præcedente commate, sed integro pariter dispallescit
 capite. Cardo totius controversiæ, quam Interpretes sacri hoc loco movent,
 vertitur in versione vocis hebrææ גִּמְרָה quam variè variis explicant. Non
 pauci vel ex nostris Theologis (t), quos, absit! hic vel sugillemus, vel refute-
 mus, habitatores Anconis Phœnices ('Αγκών enim est גִּמְרָה cubitus) ibidem
 intelligendos esse putant, cubitales scilicet à situ loci dictos, quia insula ipso-
 rum, vel ipso Plinio teste (u), cubiti cuiusdam formam exhibebat. Plures o-
 piniones in Synopsi Criticorum exhibit Polus (w) atque Voetius (x), qui con-
 ferantur. Multò plures Interpretes, ante citatis consensum suum dene-
 gantes, cumulat Bartholinus prælaudatus (y), vocem גִּמְרָה per pygmæos
 cubitales explicantes. Ex Judæis, si Rabbinis fides habenda, R. D. Kimchi
 & R. Sel Jarchi exponunt קְטַנָּה מְדִינָה i. e. Viri parvæ staturæ; con-
 sentit Aquila & Tigurina cum Vatablo, itemque Pagninus, Forsterus, Schind-
 lerus, Avenarius, Mercerus in Lexicis suis; Conradus Kircherus in Concor-
 dantiis Græc. voc. bibl. cum Ebræis, Arias item Montanus, Lucas Osiander,
 Pintus & Maldonatus in hunc locum, itemque Vulgatus; hi, inquam, omnes
 Pygmæos cubiti mensuram exæquantes intelligent, imò qvidam illorum ad

Historicos & Scriptores veteres provocant, eorum cum S. Scriptura consensum confirmatur; in primis autem ad locum Ctesiae ex Photii excerptis §. X. p. 24.25. à nobis adductum, provocant, ea, quae de arte pygmæorum sagittaria dicebantur, quam optimè cum textu Ezechieli conspirare, adeoque luxum Tyriorum bellicum, à Prophetā indigitatum, egregie confirmare. Si itaque Casp. Bartholini ~~ancientis~~ standum est, is, ex preconcepta aliqua opinione de falsa pygmæorum existentia, reliquos Interpretes correptos esse afferit, adeoque πολεμοὶ λαῶν pro pygmæis pugnat, eosque tantum non expugnat. Certè ex omnium consensu constat, vocabulum קובע cubitum, sive mensuram cubiti, juxta *Judicium c. III. v. XVI.* adeoque ipsum vocabulum מטרים cubitales, denotare, ne quidem Cl. Buxtorfi in Lexic. contradicente: An verò illud *cubitales*, vel, ut alii volunt, *brachiales* (quamquam probabilius sit cubitum & brachium apud hebraeos idem non esse, sed diversa denotare, diversisque vocabulis effterri) intelligendum sit, de viris *brachii potentibus*, adeoque *robustis*, prout custodes plerumque esse solent; vel de *Gigantibus*, qui non pede, sed cubito multiplici mensurantur, ut nugatur *Cornelius à Lapide*(z); vel potius, ut volebant Theologi ante citati, de gente *Gammaden*, quam Regionem Phoeniciæ interpretabantur, vocabulum sit accipendum? æquè dubium manet, cum omnes hæ translationes & versiones meritis nitanuntur conjecturis, Autoritatibus, atque invalidis rationibus, in quibus æquè facillimum est dissentire, quam consentire. Nobis, pace tantorum virorum, probabilis illorum videtur sententia, qui, cum *Bartholino*, ex quo nos (quod fatendum) hac in controversia multum profecimus, *Pygmæos cubitales* per vocem fontium קובע indigitari, pro virili tuentur. Claudius hanc §. ipsius Autoris verbis, qui, postquam varias variorum interpretationes modestè rejecisset; *Probabilius est*, inquit, *Pygmæos in turrium exiguis fenestris constitutos, ut eò rectius turres, quibus contra hostes usi sunt veteres, ad robur & vim repellendam, à sagittariis peritis (quales pygmæos fuisse jam probavimus) defenderentur, & hostes irruentes sagittis arcerentur.* Taceo quod de scutis dicitur, ex textu elici, filiis Arvad tribuendum. (Quamvis etiam scuta pro proportione scutatorum pygmæorum adaptari facile potuerint), qui super muros per circuitum collocati erant. Neque opus est cum Lyrano existimare, eos positos fuisse, non ad tutelam, sed ad irruptionem hostium. Ad hoc enim non tam longè opus fuisse Pygmæos accersere, sed sufficiissent pulsiones, larvae, homines framinei &c. H. I.

(t) Conf. D. Quistorpius *Annot. in b. l. p. m. 706.* Pfeifferus *Dub. vexat. Cent.*

IV.

IV. Loco LXI. p. m. 881. itemque Polus mox citandus. (u) provocatur abs illis ad ejus Lib. II. c. XXI. & cap. XCII. prior locus in editione Colon: cum notis variorum p. m. 10. b. extat, in quo nihil plane invenire potuimus, nisi quod Plinius in brevissimo illo capite de intervallis siderum loquatur, quod utrum ad pygmæos probando faciat, valde dubitamus; posterior verò locus p. m. 29. b. habetur, ubi Plinius de miraculis terrarum differens, ne quidem vel Anconis, vel Phœniciae mentionem, verbulo facit, collegimus itaque vitium Typographicum aliquod in citat. loci Pliniani esse commissum. Interim cap. XCI. hæc legimus: Galanis & Gamalis urbium in Phœnicio agros cum ipsis & Phegium Æthiopiae jugum excelsissimum &c. ipsa condens terra devoravit. An verò iterum ex his probari possit, Insulam Anconam in formam cubiti in mare projectā esse, vix perspicimus: imò afferere audemus, vix in Plinio, ad quem tamen provocatur, vel Ancona vel Gamalen, præter hunc unicum locū, & lib. III. c. XIII. p. m. 50. reperiri, quod tamen Buxtorfius putat. Ignoscunt itaque Veritati, si non nobis, tales populos habitatores Anconis, ab insula cubitales dictos, à Plinio in Tyriorum muris non collocari. An itaq; interpretatio hæc locum habere possit, alii judicabunt, nostrum enim jam non est ex professo h. l. philologorum scrinia luſtrare. Cluverius quidem Geogr. lib. III. c. XXIX. p. m. 310. Anconam græcorum coloniam dicit; an verò ex his custodes & bellatores illi fuerint conquisiti, & in Tyriorum muris dispositi, vix poterit probari. (w) Tomo. III. in b. l. p. m. 1179. cui illi habitatores Anconis admodum arrident, an autem probari id possit, ex antecedentibus judicabitur. (x) Volum. I. Disput. seclæt. Parte. IIX. p. m. 742. qui ibid. concludit, pygmæos, quos querimus, fuisse simias, neg. ex h. l. Ezech. probari posse. (y) l. c. cap. II. p. m. 9. seq. (z) Comm. in b. l.

§. XII. Cum itaque probabile sit, imò indubium, extitisse olim Pygmæorum Nationem; instituti nostri ratio flagitabit, ut videamus: Utrum hodierni etiam Seculi experientiam, imò αὐτούς producere possimus, adeoq; & hodienum, veram esse nostram de Pygmæorum natione thavmat. clarissimè demonstremus. Initio quidem Delrio (a) ex variis autoribus testatur, Anno 1600. in Peruvia Nanorum provinciam repertam fuisse, & plurima ibi affert exempla, ad quæ benevolum L. brevitatis studiosi remittimus. Post eum Paulus Jovius (b) in Moschovia, cuius historiam, ex relatione Legati Moschovitici Demetrii, ad Pontificem Rom. scripsit, hæc habet: Ultra Lapones in regione inter Corum & Aquilonem, perpetuâ oppressâ caligine, Pygmæos reperiunt, aliqui eximiæ fidei testes retulerunt; qui postquam ad summum adoleverint, nostratis pueri denum annorum mensuram, vix excedant:

meticulosum genus hominum, & garritu sermonem exprimens, adeo ut tam simi.e propinquui, quam statura ac sensibus ab justa proceritatis homine remoti videantur. H. I. Erasmus Francisci, studiosissimus rerum curiosarum compilator (c), posteaquam Regis Indorum ex Lovange, vitam, electionem, mores, & id genus alia, descripsisset, ita pergit: Vor des Königes Teppicht sitzen ezhliche Zwerge mit dem Rücken nach Ihm zu. Diese sind sehr kurz von Leibe/ doch groß von Kopfe; darauf sie/ zwischen einem Stricklein/ ein thierfellelein tragen müssen. Die Schwarzen berichten/ daß in einer Landschaft oder Wildnuß/lauter solche Zwerge wohneten/ welche dafelbst die meisten Elephanten zu schiessen pflegeten. Mann nennet sie alda yemeinlich Bakkebakke/ und sonst auch Mimos. Idem Autor alio loco (d) hæc suggerit: Gleich wie in den Virginis ezhliche Leute so hoch und groß als die Riesen/ also sind ezhliche hingegen so klein als die Zwerglein/nemblich die Wicchocomes. Videantur plura apud allegatum autorem (e), in primis ea qvæ ex relatione fundamentali Capitanei cuiusdam Danici Jacobi Hall in descriptione Grönlandæ, ex *aurifia* Monachi cuiusdam Islandici, prolixè disserit; relationem ejus de Pygmæorum gente stylo Francisc. apponimus: Nimirum, daß Sie an Proportion und Gestalt dem Menschen ganz ähnlich; aufgenommen daß sie am ganzen Leibe/ bis vorne an die Finger/ ganz häricht wären/ auch die Mannsbilder solche lange Bärte hätten/ die ihnen bis an die Knie reichen (qvæ cum relatione Photii §. XI. allatâ ex alle conspirant): Sie hätten keinen rechten Verstand noch Sprache; sondern wie die Gänse schnatterten Sie einander an. Item: Das der Abt des Klosters/ darinnen er gewesen/ solcher zwey/ als ein Mann- und Weibes Bild/ bei ihm im Kloster gehabt; welche aber bald hernach gestorben: Waren unverständige Creaturen/ und allezeit lieber im Dunkeln weder im Tage. Das aber etliche schrieben/ als führeten sie einen immerwährenden Krieg mit den Kranichen; das könnte er nicht wissen etc. Von Island erstrecke sich das Mitternächtische Meer bis nach Grünland/ und in das Land der Pygmæer (so ezhliche Novam Zemblam nennen) neben nova Zembla aber/ versamle sich gedachtes Meer in einen grossen Meerschoß/ und werde darnach das Weiße Meer genannt: Von dannen möchte man gar woll auff das hohe Scythische Meer fahren: so fern es vor dem Elys geschehen könnte. Et paulò post: Da Capitain Hall nebst 60 Mann nach Grünland (percepta scilicet hac relatione Monachij) abgeschiffst/ haben sie an dessen Gestade unter andern ein kleines Männlein mit einem grossen Baart angerlossen/ samt einem krummen Fisch-Stecken/ und Fischer Nachen/ von Fischbein gemacht/ und mit einem ledernen Seul zusammen gebunden/ daran vier Fischblasen gehangen; ohne Zweifel der Uhrsachen/ damit es nicht versinken oder untergehen möchte. Solcher Nachen/ der den deutschen fast gleich/ ist dem Könige von Deneimark verhret worden. Des Männleins aber wird in der Schiffarths Relation nicht mehr gedacht/ wo es hinkommen; ist vermuhtlich davon/ und Landswerts eingelauffen. Prolixa hæc quidem fuere, sed scopo nostro accommodatissima, vel ex eo capite, qvod Photii relatio de Pygmæis egregiè his ipsis fuerit confirmata. Illa autem qvæ Monachus Islandicus & Jacobus Hall

Hall de incolis illis Grönlandiae, quos Pygmæos esse, audivimus, retulit, eodem planè modo Olaus M. (f) his verbis confirmat: *Vix crederem frequenti hominum relationi, de miris hujus terræ Grunlandiae, mihi etiam per graves viros factæ, quod contra multitudinem gruum incolis hujus telluris sit belligerandum, nisi Plinius lib. VII. c. II. de Scythicis gentibus loquens, scriptis, & rationibus similia allegaret.* H. I. Et quid multis? Qui orbem navigationibus & peregrinationibus suis peragrarunt nostrò pariter ac præteritò seculò, variis in locis Pygmæorum gentem repererunt: evolvantur modo Schottus (g), & hæc ad nauseam diducens Erasm. Francisci (h), unà cum aliis nostram sententiam descendantibus; & positiō pignore decertaremus, veram hic nobis, quamvis paradoxis quibusdam involutam, concessum iri thavmatanthropologiam. Sanè moti jamdum his omnibus sunt plurimi, fabulae suspicione, quā antea præoccupati erant, removentes! motus est his rationibus & experientiis ipse Job. Cassianus (i) strenuus alias pygmæorum, non secus achi homunculi, gruum, hostis; ast veritate convictus, his verbis animi sui sensa candidè professus est: *De pygmæis fabulosa quidem esse omnia, quæ de iis narrari solent, aliquando existimavi: Verum cum videam non unum aut alterum, sed complures classicos & probatos autores (addimus nos tot oculatos testes) de his hominibus multa, in eandem ferè sententiam, tradidisse; eò adducor ut Pygmæos fuisse (addimus hodie adhuc esse) inficiari non ausim.* H. I. Seqvimini itaque temere contradicentes convictum Cassianum, vel Chassagnonem, & veritatis imperio, spontaneo vos motu subjicite!

(a) Disquist. Magic. lib. II. Qv. XV. p. 145. Voëtius l. c. p. m. 742. statim ab initio, verba ejus, per homines minoris staturæ, interpretatur. Bene: vestigiis enim fortean infissit illius Oratoris, qui interrogatus: quomodo explicatio Legis Byzantine sese habeat? replicavit: ut ego volo. Gratulamur itaque novo interpreti Delrionis eò magis, quanto plures hodie sibi similes habet! (b) citante Schotto l. c. p. m. 426. (c) Parte III. der lustigen Schaubühn allerhand Curiositäten Conv. II. p. m. 719. 720. ex Navigat. XIX. Samuel Brauns. (d) nempe im Sinesischen Lust- und Staats-Garten p. m. 343. ex Navigatione XX. p. 58. in qua Virginia describitur. (e) l. c. fol. 346. (f) lib. II. c. XI. Hist. Septentr. agens de incolis Grönlandiae quos in titulo cap. præced. pygmæos vocaverat. (g) l. c. p. m. 427. Affert enim ille Antonium Pigafettam apud Majol. Colloqu. II. qui eos reperit inter Moluchas in Insula Arucheto; testaturque, reperiri etiam inter easdem Moluchas, in Insula Caphi. Ibidem etiam pygmæos statuit Argensola apud Nieremb. lib. V. Hist. Nat. cap. XVI. Odoricus lib. I. de Rebus Indicis expressè

pressè testatur, se pygmæos trium palmorum vidisse, qui etatis anno quinto jam gignerent. Idem refert, in eadem India Orientali, non procul à Quinzai, esse trium palmorum pygmæos juxta Chilense. Petrus Simon teste Nieremb. l.c. inventas scribit nationes pygmæorum ultra Andes, à Johanne Alvarez Maldonato, cum novas Indiae terras exploraret. Gemma Frisius apud eundem Nieremb. l.c. narrat Cymbam pygmæorum visam in Septentrione, vi cuiusdam tempestatis, appulsam ad regnum Norwegiae. Hæc ex Schotto huc transcribere voluimus, ut asserti veritas eò magis pateat, cui hi autores sunt ad manus, illi etiam assensus non poterit deesse (h) l.c. des Sines. Lustg. (i) Libello de Gigantibus p. 73. citante eum Barthol.

§. XIII. Etenim vix perspicere, vel lynceis oculis, possumus, qvīd absurdi concessā pygmæorum existentiā, inferatur: cum præter adducta autoritatis atque experientia specimina, pro hac ipsa sententia rationes physicæ, haud contemnenda, militent; quas brevibus adhuc adducemus. Nimurum, in omni animantium genere pro differentia locorum, varietas quoque quædam est magnitudinis, ita ut unius ejusdemque speciei animantia, alicubi majora, illic mediocria, hic vero minora esse, deprehendantur. De formicis nostris notius est, quam ut dicatur, eas in Europa pusillimas esse, earumque maximè adultas, ne quidem mediocris statura muscam, magnitudine superare. Interim tamen de iis, quæ in Brasilia reperiuntur, fide dignissimi scriptores (k), eas triplo maiores, imo, quod incredibile videtur! in India vulpium vel canum minorum magnitudine, diræ feritatis, auriqe effossi tenacissimas, nostris autem formâ maximè æquales esse (l), copiosè memorant. Certè denegaremus his relationibus haud invitè consensum nostrum, nisi tot autores, omni fide digni, id unanimiter confirmarent, talemque formicam Indicam Turcico Imperatori dono missam fuisse, Thuanus (m) serio affirmaret. Vespertilionum nostrorum magnitudo, neque pueris est incognita: At ignota fortean vel plurimis adultis, illorum erit quantitas, de quibus relatum legimus (n), quod in India atque America turtures atque corvos nostrates facile exæquare queant. Psittacos loquacissimos columbarum proportionem vidimus, garrientes audivimus; & tamen ab aliis (o) observatum est, eos in terra Firma Americæ, modò passeribus nostris staturâ similes, modò caponibus maiores esse. Cancros modò minores, modò maiores, vel in Oceano nostro Balthico dari, Nautæ atque Piscatores loquuntur; Nonne autem horrendum est quod Linschottus (p) consignavit, eos in India tantæ, & atrocitatis, & magnitudinis esse, ut homines non tantùm opprimant, verum etiam chelis apprehensos, devorent? Testudines nostras palmâ paulò maiores esse,

adver-

advertisimus: Scriptores autem rerum exotericarum (q) evolentes, tantæ vastitatis eas in Insula S. Mauritii esse legimus, ut homines duos, imò plures, ab uno loco in alium, illis insidentes, cum spectatorum insigni admiratione, protrahant. Prout itaque de his omnibus, aliisque plurimis, vix dubitare possumus, dari scilicet eqvos instar canum majorum Anglicorum, dari itidem aliquos, quales Turcicos esse jactitant, ad camelorum altitudinem assurgentess, quorum colla eqvitibus pro aggeribus & scutis quasi sunt: Prout, inquam, non ambigimus dari caniculas, ad summum statuta proiectas, tantæ parvitas, ut pugno viri fermè includi possint, rabiosulas interea & mordaculas, quales in Scania vidit Bartholinus (r), dari etiam è contra, in Anglia præsertim, canes maximos, eadem ferè quā eqvi pusilli staturā gaudentes: ita quoque vi consequentiae, probabile, imò indubium fiet, etiam inter homines, alias maiores, alias minores, alias in excessu magnos, alias in defectu parvos, esse. Si itaque nil autoritati tam sacrorum, quam profanorum scriptorum, in eo derogatum volumus, quod gigantum asserant familias & nationes: utique consimili penitus modo eorum autoritatem labefactare, atque infringere haud poterimus, qui familias atque gentem pygmæorum, constanter non tantum affirmant, sed diligentissime etiam de iis consignarunt, quam magnitudinem, patriam & sermonem, habuerint, quas artes, virtutes, bella item & actiones exercuerint, quod utique eos in re fictitia facturos, vix erit asserendum. Nos sane eò lubentius affirmativa sententia accedimus, quō veriorē hanc esse thavmatanthropiam in praesenti agnoscimus.

(k) Vid. D. Dapperts Americ. lib. III. parte IV. f. m. 407. itemque Francisci Sines. Lustg. p. m. 862. 863. 1017. qui haud pauca in hanc rem de variis formicarum differentiis congesit. (l) testantur id Sabellicus Tom. I. Opp. Enn. I. lib. I. f. m. 2. Mela de situ Orbis lib. III. c. IV. Isiodorus lib. XII. c. II. Vicentius Nat. Hist. lib. XX. c. CXLIII. (m) lib. XXIV. Histor. sue, alle- gante Bartholino l. c. c. V. p. m. 18. 19. (n) id ex *ωρωψίᾳ* testatur Mandels- Io Stiner. sui lib. I. c. XIX. p. m. 67. additique Olearius in notis: illud cer- tissimum esse, seque duos in Museo suo servatos, cuilibet ostendere posse. Con- firmat idem Dappert. l. c. Part. III. p. m. 71. b. (o) l. c. Dapperts lib. III. part. I. f. m. 371. b. (p) ex quo id refert Francisci Sines. Lustg. p. m. 1394. seqq. ubi de canceris plurima miranda recenset, que videantur. (q) l. c. idem p. m. 300. & 999. (r) l. c. p. m. 19.

§. XIV. Ne autem intrarissimā hac controversiā, à paucissimis per- tractata, quicquam videamus neglexisse, paucis adhuc dissentientium lustra- bimus rationes, quibus existentiam Gentis Pygmæorum in dubium vocant,

imò fugillant, & alto supercilio derident; ut modestè refutatis iis, eò illustri-
orem veræ huic Thavmatanthrop. relinqvamus locum. Initio qvidem
Kircherus (s) Pygmæos olim visos, pro dæmonibus habet, eorumqve natio-
nem ex eo fundamento negat, qvod nemo hodiernorum peregrinantium
eos viderit, cum vix amplius latibulum aliquod, vel Insula qvædam, detur,
qvò navigationibus haud pervenerint, Batavi, Hispani, aliiqve. Qvoad pri-
us ei subscriptibit *Becmannus* (t), partemqve exemplorum à nobis adductorum,
illusionibus spectrorum, hac specie hominibus ssvaviter imponentium, trans-
scribendam esse, docet, idqve exemplis particularibus duobus, uno, ex *Giraldo*,
alterò verò ex *Hammelmanni* Chron. Oldenburghensi. desumptis, illustrat.
Verùm, pace tantorum virorum dixerimus, eos fallac. Conseqv. committe-
re, vix enim seqvitur: Hi, vel illi homunculi conspecti, sunt spectra. E. o-
mnes tales homunculi s. pygmæi sunt spectra. Non eqvidem negamus,
hujusmodi Virunculos, ulnæ magnitudinem exhibentes, variis in locis con-
spectos, spectra fuisse; Sic in Prussia nos à rusticis qvibusdam audivisse, probè
meminimus, sub sambuco, itemqve acervis lapidum, morari homunculos sub-
terraneos, mitræ rubræ vestitos, qvos idiomate ibidem recepto *Undererdscha-
fen*/ id est *Unterirdische* sive *Erd-Leute*/ appellant, qvosqve passim in lo-
cis dictis sese vidisse, protervè jactitabant. At qvis negaverit tales pumilio-
nes spectra esse? Originem persuationis hujus facile hariolari datum est: De
antiquis enim Prussis memoratur (u), qvod ante lucem Evangelii salutife-
ram, inter varios Deos, ex cæca in cultum idololatricum pronitate, sibi etiam
Barstuckas sive Pasvitos constituerint, qvos ulnam haud excedere, ægrotis
verò tempore nocturno, & lunæ splendore conspicuo, apparere, itemqve nu-
tritoribus suis frumentum ex ingratorum granariis ablatum, afferre, vanissi-
mo cultu credebant. Novimus etiam porrò, in fodinis metallicis tales py-
gmæos, impropriè ita dictos, qvos rectius Cobalos, id est *Berg-Geisterchen*/
Berg-Männerchen/*Röbalt*/ dicunt, de qvibus autores varij (w) consuli
poterunt, in primis qvæ *Agricola* habet, cuius verba de hoc negotio transcri-
bere, haud pigrabimur; Ita autem ille: genus certè, ait, dæmonum in fodinis
„nonnullis metallicis versari, compertum est: qvorum qvidam nihil damni
„metallicis inferunt, sed in puteis vagantur, ac laboribus, cum nihil agant,
„videntur se exercere: nunc cavando venam, nunc ingerendo in modulos
„id, qvod effossum est, nunc machinam versando tractoriam: nunc irritan-
„do operarios. Idqve potissimum faciunt in his specubus, è qvibus mul-
„tum argenti effoditur, vel magna ejus inveniendi spes est. Alii verò noxi
admodum sunt; ut ille, qvi ante aliquot annos Annæbergæ fodinam, cui
nomen

nomen Coronæ Rosaceæ est, adeò infestam habebat, ut metallicos duodecim, quæ res multis nota est, necarit, ac ea de re fodina, quantumvis argento dives esset, relicta fuerit. H. I. Verum quis hujusmodi spectra pro nostris pygmæis venditaret? quis Troglodytas spectra esse diceret, qui tamen, prout ex Phorio audivimus, Regem Indorum comitantur, qui, ut ex aliis observavimus, verè generant, instar aliorum hominum vivunt, ex anima & corpore organico constant, hominum operationes edunt &c.? imo, quis tot autores fide dignos mendacii argueret, sibi que arroganter tantum sumeret, putaretque, eos cum urbitina habuisse cerebella, adeò, ut homines veros, à spectris apparentibus, haud valuerint discernere? Et sanè, si Kircherus eclipsin judicavit haud passus est, dum l. c. homines subterraneos, quamvis toto corpore viridi colore (quod insolitum) tinctos, prout §. XXII. fusiūs audiēmus, haud etiam contradicente Beccanno l. c. pro veris hominibus, non autem spectris, habet, sibi que credi hoc in negotio optat: ita etiam concedat, necesse est, Pygmæos non spectra & demones, sed veros esse homines, omnesque illos, quos adduximus autores non peponem pro corde gestasse, sed pari autoritatis publicæ jure, fidem hoc in passu mereri. Deinde, quod Kircherus asslerat, vix quenquam hodiernorum peregrinantium Pygmæos observasse, (cujus objectionis socium sibi Scaligerum elegit), subtilem quandam redolet ignorantiam: adduximus enim §. XII. non paucos eosque egregios autores, quos si consuluisset vir alias apprimè doctus, non sanè pygmæorum gentem, pro dæmonibus, spectris, vel ente quodam rationis, temere venditasset.

(s) Mund. Subt. Tom. II. Lib. IX. Sect. IV. c. IV. p. m. 101. (t) l. c. §. XIV. p. m.

364. seqq. (u) Confer Chronicum Prussiacum Martini Murinii c. V. p. 9. Vulgus rusticum in Polonia eos vocat Krasmeni Ludzmi, & diebus Jovis & Saturni cibos preparatos mensæ imponit, eosque ab illis comedí, pro comperto se habere, afferit. Conf. Schockius Centur. Rar. Problem. XXIX. p. m. 25. (w) nimirum Georg. Agricola Opp. fol. 432. edit. Basil. itemque de animalibus Subterraneis. Olaus M. in descript. Septentr. lib. VI. c. IX.

§. XV. Alii porrò, cum negare pygmæos, adeoque experientia historicæ protervè contradicere, erubescant, cum Alberto M. (x) ad nefcio quas subtilitates sese conferunt, atque Pygmæos in simias transformado, Ovidio multò feliores, infelicem tamen metamorphosin his rationibus produnt: Qvicunque I. usu rationis destituuntur, II. nec verecundiam tenent, III. vi loquendi absolutâ parent, IV. denique, nulla sunt religione, illi non sunt homines. Pygmæi tales sunt. E. Verum, quod neque major, neque minor propositio, Logicorum ~~κείσιν~~ sustinere valeant, sed admodum debiles

& infirmæ sint, facillimo manifestabimus negotio. Ad singula autem pârâlogismi propositi membra responsuri, ad primum, in quo dicitur: Pygmæos usu rationis carere, replicamus: id eodem autoritatis jure rejici, quo affertur: non enim more monarchico talia dixisse, sed, qvod potissimum est in philosophia, probasle sufficit. Id eqvidem verum esse potest, Pygmæos minùs & imperfeciùs, quam alii homines, facultate ratiocinandi uti (quamvis apodictica demonstratio hic deficiat): si autem ex Alberti mente, propterea homines esse negantur; utique & pueri, & moriones, Nani item hinc & inde apud nos nati, qui ut plurimum hebetioris ingenii sunt, quam perfecti homines, imò plebeii quidam, à frequenti sapientiorum conversatione exclusi, è numero quoque & censu hominum, erunt excludendi. Contrarium potius, ex antecedentibus copiosè disputatis, elicitor: navigiis enim parvis vehi, vesicas, ad submersionis periculum avertendum, iisdem alligare, sagittis scienter uti, elephantes trahicere, venationes exercere, legibus Indorum subjici, vestitu uti; & hujus generis alia, non obscurè rationis usum insinuant. Quid multis? si nihil impedit vasta statura gigantum, quin habeantur pro hominibus: nil quoque causari poterit statura pygmæorum, quin veri maneant homines. Si relationem Jacobi Hall ex *aurifia* monachi illius Islandici §. XII. urges: Respondemus, imperitiam illius hominis errori vix facere patrocinium: notum quippe est, quantum educatio & commercium, s. conversatio cum hominibus efficiat, imò notissimum; talem autem educationem pygmæis deesse, facile concesserimus, præsertim cum ad extemos Grönlandiæ fines, perpetuâ oppressi caligine, vivant. Quid si timor ad præsentiam hominum legitimæ staturæ accelerit? causam itaque, qvod monachus ille Pygmæos bruta faciat, à sermonis eorum denegatâ intelligentiâ, facile subolfacere possumus: verum, ad id paulò post responsuri sumus. Redimus ad Albertum; membrum secundum propositi argumenti, erat: Pygmæos non tenere verecundiam; quid si subsumamus, multos barbaros procul usque Thulen, Tartariæ incolas, Cannibales &c. non tenere verecundiam; perpetrant enim illi peccata Sodomitica, adulteria, scortationes, nil nisi vitium iisdem pro vita norma est; Qvis autem exinde concluderet; eos non esse homines? Tertium falsissimum est, vel ex Photio, qui expreſſè pygmæos, eā, quā Indi ceteri lingvâ, uti, clariſſimè affirmabat. Et quamvis maximè concedamus, pygmæos absolute vi loquendi carere (qvod tamen probandum est), exinde, qvod anserum instar stridere dicantur: vix tamen sequi putaverimus, eos animi sui sensa sibi invicem communicare, stridoremque hunc quam optimè intelligere haud posse. Imò, quamvis testes oculatissimi, sermonis cæterum pygmæo-

rum

rum ignari, stridorem audiverint, non verò sermonem prolatum intellexerint, idem sanè illis accidit, qvod Germanis obvenire sivevit, qvi, Lithvaniæ, vel Scotiæ incolas, prima vice verba facete audiunt; Illustrat assertum nostrum ex Oleario, Francisci (y), de Grönlandiæ incolis hæc differens: Daß gemeiniglich der allerwildesten Barbarn Sprache so unvernehmlich uns/ die durch Gesetze und Disciplin gezähmet/ vorkäme/ als ob gar kein Glied oder Gelenk in ihren Stimmen/ sondern nur ein bloßer Hall wäre: weil Sie ihre Wörter meist in dem Rachen/ oder oben im Halse machen / geschnide schnattern/ und halb schnarrend hervorbringen. Ultimum tandem membrum, parum iterum in recessu habet; neque enim vel indubio argumento corroboratur, vel ullâ aliqua consequentiâ gaudet. Scilicet, hominem, qvâ hominem, non constituit religio, qvod apud omnes in confessu est; qvamvis probabilius esse agnoscamus, nullam gentem adeo extra leges moresque projectam esse, (Senecæ stylum (z) agnoscite) qvin non aliquos Deos credit, & de iis existimationem habeat (a); Cum itaqve pygmæi iisdem cum Indis legibus gaudeant, eandem quoqve cum illis fovere religionem, eos potuisse, vix est improbabile. Non itaqve perspicere valemus, argumentis hisce Albertum M. aliquid esse obtenturum.

(x) Lib. VII. de Animal. Tract. I. c. VI. cui adstipulantur Becmannus l. c. p. m. 367. Voetius l. c. Cardanus lib. IIIX. de Varietate Rer. c. XL. p. 391. & Sveßanus Comm. in lib. IIIX. Arist. c. XII. de Hist. Animal. Paulus Jovius lib. de Moschoritica legatione, Francisci l. c. p. m. 353. a. aliquæ plures, maxime Geographi, qui cum Pygmæorum existentiam negare haud poterant, simias loco eorum, cum gruibus dimicantes, satis inepte cum schematismis apposueré. (y) ex lib. III. Itinerarii Persici. c. III. referente, ut diximus, Francisci l. c. p. 351. (z) Epist. CVII. (a) teste Aristotele lib. I. de Cælo. c. III. tex. 22. Conf. & Platonem Dialogo X. de Legum Lat. p. m. 876. edit. Basil. ex translatione Ficini, & collatione Grynæi.

§. XVI. Pari ratione & residua adhuc dissentientium argumenta, cum majus aliquid in recessu habere videantur, erunt discutienda. Scilicet, colligunt illi ex ante allegatis autoribus, in primis ex testimonio Odorici, aliisque plurimis, in qvorum censem Plinium itidem collocant: pygmæos octo annis solum vivere, qvinto autem anno generare, absurdissimum vel ex eo esse, qvod compertum sit nanos nostros ut plurimum esse steriles. Ita Cl. Becmannus l. c. testatur Serenissimi ELECTORIS BRANDENBURGICI JOACHIMI FRIDERICI primam Conjugem CATHARINAM, cum pumilionum ejusmodi delectaretur, & integrum pene eorum contubernium alere

alere soleret; nuptias qvidem inter illos conciliasse, spe prolis suscipienda; e-
 ventum verò haud respondisse votis, sed steriles eos potius mapississe: id qvod
 & *Catharinam de Medicis* tentasse, memorat. Verùm enim verò facillima
 ad hæc est responsio: Ad prius enim qvod attinet, pygmæos octo annis solūm
 vivere, probari sufficienter atq; solidè vix poterit, neq; quantum recordamur,
 aliquis est ex citatis autoribus, qvi id exprestè scribat. Sed esto hoc qvenquam
 statuere! plausibilis sane est, si dicamus, ex pygmæorū censu aliquos diutus,
 aliquos verò brevius vivere, id qvod neqve apud nos existit insolitum. Deinde,
 qvando dicitur, eos qvinto anno generare, nil absurdū dicitur (qvamvis ta-
 men id itidem fortean non sit universale); vix enim ignotum esse potest Hi-
 storicis, in plurimis Indiæ, aliisq; barbarorum provinciis, hunc obtinere ritum,
 ut infantes, qvinto, vel sexto ætatis anno, elocentur, & matrimonia inter se
 contrahant. Rasbuthi (qvæ gens est M. Moguli subjecta) hunc sane mo-
 rem pro lege habent: nisi enim inter eos virgo, ad summū ante nonum, vel
 decimum ætatis annum viro fuerit nupta, impudicitiae semper suspecta habe-
 tur (b). Maturare autem hic qvæsi naturam, ipsos aliàs infantes ad conjugii
 finem conseqvendum, aptos reddendo, eventus edocet; Nam tempore Nob.
 à Mandelslo puella qvædam, circa sextum ætatis annum, filiolum enixa est,
 qvem cum matre ad se vocatum, M. Mogul in aulâ retinuit (c). Haud absi-
 mile huic, ante cit. Autorem docuit Artemidorus (d), in Calingis ejusdem In-
 diae gente, qvinqvenses concipere foeminas, octavum verò vitæ annum non
 excedere. Annectam hic (inqvit Nierembergius (e)) qvod Hispania vidit
 annis præteritis, ad aliquam hujus gentis pusillæ fidem; homuncionem parvu-
 lum, optimè constitutum membris, qui natus cum dentibus, nunquam ullum
 amisit: prodiit quoqve è vulva materna cum pilis & pube, septennis jam bar-
 batus erat; decennis omne robur suum habuit, & genuit filium. H. I. Quid
 itaque obest veritati, id, qvod de Pygmæorum maturis refertur conjugiis?
 Qvinimò, suppeditat hoc ipsum nobis haud contemnendum argumentum,
 ad causam pygmæorum efficientem explicandam: Cum enim in India, & aliibi,
 conjugia infantum admodum communia sint, probabile est, hanc imbecillis
 hujus effectus causam esse; qvemadmodum enim immaturi fructus decer-
 pti, ad debitam cùm magnitudinem, tùm maturitatem, pervertire haud asso-
 lalent, ita etiam his in locis, ab invalidis parentibus tales proseminantur liberi,
 qui debitam staturam vix unqvam conseqvuntur (f). Restat adhuc unum,
 qvod validissimum videri posset contra nos, argumentum, qvod ita à dissen-
 tientibus proponitur: Cum falsum sibi undique adversetur, & mendaciorum
 natu-

natura, sit cohærere non posse (g); seqvitur, splendidum hoc de Pygmæorum natione, esse mendacium, qvia Photius ex Ctesia, cum Philostrato, Indiam, Plinius, modò Indiam, modò Thraciam, Aristoteles Troglodytas, Pomponius Mela Arabiam interiorem, Nonnus Æthiopiam, Demetrius Lapponiam, Olaus cum Jacobo Hall fines Grönlandiae, pygmæorum constituant Patriam; at, ut qvilibet videt, sine cohærentiâ, sed inconstanti potius discrepantiâ. Verùm notandum in genere, loco responsonis, erit: I. locorum diversitatem haud semper rei tollere certitudinem: aliàs enim vel certissima Gigantum existentia, neganda foret, qvorum tamen nationes modò in his, modò in aliis, iisqve divesissimis, latitare audivimus regionibus; Invertenda itaqve potius erit argumentatio, hoc modo: Quemadmodum certitudo historica non hoc ipso tollitur, dum asseritur, variis in locis extitisse gigantes, sed potius veritatem certitudinemqve rei confirmat: ita qvoqve tot regiones, in qvi bus latitare prædicabantur pygmæi, certissimam eorum existentiam, insinuant atqve corroborant. Deinde II. Probabile, imò indubium est, qvod, sic uti Tartari sedes suas sèpè mutant, adeoqve non domibus, sed tentoriis plerumqve utuntur, ita nil mirum, pygmæos habitacula mutasse freqventius, cum eorum locò casulis ex luto constructis, & cavernis subterraneis, tantum utantur: Hinc benè Plinius (h) de Thracia differens, Pygmæorum gentem ibi fuisse, (non jam esse) notanter scribit. Porrò III. Conciliatio Ctesiae, Aristotelis, Philostrati & Plinii, cuilibet patet: Demetrius verò, cum Olao, & Jacobo Hall, itidem conspirant; hi enim Grönlandiam, ille Lapponiam, ponebant; de vocabulo autem Lapponum, vel in vulgus notum est, id nimis latum esse, ita ut modò Grönlandos, modò Samoidas, modò alias gentes circa Novam Zemblam, ambitu suo complectatur. Tandem IV. totum potius argumentum contra dissentientes inverti potest: si enim in tot diversis & distinctis regionibus, pygmæorum gentes deprehensa sunt, atqve visa: eas in rerum natura certò certius esse, probabile, ne dicamus, infallibile, evadit. Escent adhuc argumenta Erasmi Francisci, Cornelii à Lapide, atqve Cardani (i) examinanda, qvorum aliqui pygmæorum existentiam negant, aliqui eos homines esse incipientur: Verùm, cum partim nihil in recessu habeant, partim cum jamdum solutis convenient, atqve ex iis facillimo negotio dilui possint, non est, ut erroribus & præjudiciis aliorum, locum concedamus, & veriorem deseramus sententiam. Nunc in aliis *tharmatanthropia* qværenda erit: Ratum interea esto, qvod ex hac tenus, de pygmæis copiosè disputatis, sequatur: HORUM PUMILIONUM GENTEM OLIM REVERA EXSTITISSE:

TITISSE : NEQVE IMPROBABLE PENITUS ESSE, HODIENUM EAM ADHUC, præsertim, si recentiorum Navigationes intimus consulere velimus, IN RERUM NATURA EXISTERE.

(b) vid. Francisci l.c.p.m.349. (c) Sub finem lib. I. sui Itinerarii cap. XXXIX. p.m.118. (d) apud Plinium Hist. Natur. lib. VII. c. II. p. m. 112. ubi etiam de aliis Indiae incolis refert, eos septuaginta annos parere, senectam autem quadragesimo anno accedere. (e) lib. V. Histor. Naturæ. c. XVI. (f) Alias causas ad parvitatem pygmæorum concurrentes §. IX. recensuimus, addi autem non incomodè potest, cavernas subterraneas, quas subintrant, & à quibus Troglodytæ appellantur, haud minimum ad id contribuere posse, climatis item constitutionem hic accedere : scribit enim Strabo Geograph. lib. XVII. post medium: in Ægypto & Æthiopia pecora, & alia animalia esse parva, ob ingentem calorem & aëris intemperiem : & fortasse addit, ad horum parvitatem pygmæi conficti sunt. Verum quod Strabo pro re facta habet, id nos pro vera assumimus ; Nam, si, ut vult ille, Regionum æstus sic minuit, atque contraxit animalia, cur non & homines ? Et sic illud Strabonis fortasse, per aliud fortasse solvitur : verum scilicet fortasse esse, ob nimium calorem, & per consequens alimentorum defectum, ut in hujusmodi locis accidere solet, parvos mansisse pygmæos, siq; similes prosemnasse. (g) teste Lactantio lib. V. Instit. Div. c. III. (h) lib. IV. c. XI. Hist. Nat. p. m. 62. (i) Erasmi Argumenta h.ec sunt: Pygmæi i. sunt admodum pilosi, (2) Evangelii sonum de Christo non percepérunt, neg; quisquam illorum unquam conversus fuit. E. non sunt homines. à Lapide eos exinde negat. 1. quod primus pygmæorum autor sit Homerus. 2. quod autores inter se dissentiant. Cardanus, ex eo eos concedere recusat, quia absurdum est, eos octo annis tantum vivere, 1. quod hominis vita in una gente tam brevis esse nequeat. 2. Necesse esset aliquas gentes illis proximas 20. aut 30. etiam annis vivere. 3. Si parum viverent, parum etiam in utero matris essent, Tandem 4. destituerentur proprio hominis fine, scilicet contemplatione, si tam brevi viverent. Verum omnium nationes nil habent in recessu, posterior vapulat à Bartholino l.c.c. IIX. p. 28. priores, ex disputatis hactenus, refutari posse, credimus. Nisi itaque alia & ponderosiora afferantur argumenta, Pygmæos, & homines esse, & revera dari, tot autoribus id afferentibus, tam certum erit, quam quod certissimum. Et hæc de iis hominibus, qui circa proportionem humanam, in excessu atque defectu pecando, Θαυματοθεωρίας documentum exhibere voluerunt, dicta sufficiant!

§. XVII.



Onemplati nuper sumus, Θεωραται Θεωρησομενοι - GIA DISPUTA-
av eam, qvæ circa proportionem humanam, cum TIO II. PRES.
in excessu, tum in defectu spectatam, occurrebat. M. CHRIST.
Jam occasione ejusdem staturæ, qvæ ad quantita- CALOVIUS;
tis Categoriam refertur, non incommodè ratione et RESP.
qualitatis, et si vel unicum tantummodo, CASPARUS
Thaumatanthropologias, huc trahi poterit exem- Manuell
plum'; tale tamen, qvod ob difficultatem, raritati hab. Ro-
junctam, curiosam meretur Διάγονες: Erit autem illud Contemplatio colo-stoch. Anno
ris Aethiopum. Et ne Proverbii communis arbitrio, Aethiopem dealbare, 1685. d. i. Jul.
adeoque frustranei laboris documentum dare, dicamus: non quidem hic
Aethiopes dealbatos; sed potius iisdem, & aterrime coloribus delineatos, e-
rudito Lectori proponemus: primam & Gentis, & turpissimæ hujus nigre-
dinis causam, brevissimis delineaturi. Initio quidem, si Ethnicorum figmen-
tis locum concedere haud recusamus, prima Aethiopum incunabula hariola-
ri, in proclivi erit: Ethnicorum quippe Philosophi eos, ceu mortalium omni-
um primos, è terra natos esse arbitrantur: Cum enim Aethiopicum solum,
prout admodum uliginosum erat, ante alias terras syderum propinquitate in-
tepercere coepisset, ex prima illa caloris, humorisqve temperie, Nigritam ge-
nitum esse, stolidè fabulantur (a). At displicant hæc nugamenta aliis, unde
veriora edocti, primum Aethiopum Patrem constituant Chus (b), qui primus
omnium filiorum Cham memoratur. Hunc Chussitis, sive Aethiopibus, o-
riginem dedisse, exinde ostendere conantur, qvod vocabulum Ebraeum
Aethiopiam, & כוש Aethiopes significet: Omnes etenim fermè versi-
ones, Paraphrases, & Commentarios vocem כוש& כוש, quoties in Scri-
ptura legitur, Aethiopem & Aethiopiam reddere, ex communi consensu, tam
certum esse, qvam qvod certissimum, acutissimus Drusius (c) judicat: num
autem id adeò felici fiat successu, Philologis lubentissimi relinqimus. Sa-
nè Dn. D. Calovius in Bibl. Illustr. super hunc locum, non temerè negandum
esse, scribit, voce כוש alicubi Aethiopes notari; Cui sententia, ut maximè pro-
babili, aliis etiam Philologis præeuntibus (d), subscribere haud tergiversamur;
etiam si Bochartum & Beroaldum huic opinioni minus propitos habeamus,
dum כוש Aethiopes, & לור Aethiopiam; כוש verò & כוש Arabiam &
Arabes denotare, seriò defendunt. Nimirum imposuit illis fortean duplex
Aethiopia, quam Autores (e) ut plurimum constituunt: dum unam sub Zo-

nā torridā in *Africa, occidentalem*, alteram verò aduersus māre rubrum por-
rectam, & *Egypto* propinqvam in *Arabia, orientalem* scilicet, constituant.
Haud ineptè itaqve concludit *Torniellus* (f), Progeniem Chus in *Æthiopiam*
orientali prius habitasse, eandemqve in memoriam sui, שׁוֹלֵן denomināsse :
deinde verò mare rubrum trajecisse, Africæqvè regiones incoluisse, adeoqvè
Æthiopiam Occidentalem constituisse. Plura hīc disputant *Torniellus* atqve
Salianus (g), qui evolvi à curiosis facile poterunt, nobis enim brevitatem, insi-
tuti ratio, videtur imperare.

- (a) *Conf. Sabellici Tom. I. Opp. Enn. I. Lib. II. p. m. 28. C. cui sententia Home-*
rus, Hesiodus & alii ad stipulantur. (b) *Vid. Genes. c. X. v. 6. & Josephum*
lib. I. An. iqv. Judæ. c. VII. p. m. 43. aliosque mox citandos. (c) *Quæst.*
L. II. ad Psal. VII. inscript. p. 88. (d) *Vide cit. Calovii Bibl. Illust. Tom. I.*
in b. l. f. m. 531. Poli Synops. Critic. Tom. I. in b. l. p. m. 112. edit Francof. B.
Geyeri Comm. in Psalm. Tomo. II. p. m. 558. Forstneri Dictionar. p. m. 375.
(e) tradunt hanc distinctionem *Æthiopiam*, Plinius Hist. Nat. lib. V. c. IIX. p.
m. 76. Mela lib. I. c. II. de situ Orbis. Vossius Theol. Gentil. I. I. c. XXX. p.
225. & lib. XI. c. LXXV. p. 696. (f) *Annal Sacr. & Profan. Tomo. I. ad A. M.*
1931. p. m. 133. (g) in *Annal. Eccles. Vet. T. Tom. I. ad Ann. 1931. p. m. 178. a.*

§. XIX. Accommodatus scopo nostro erit, ut his explicatis, in ni-
gorem Chussitarum inqviramus; Hic autem variae nos circumstant sen-
tentiae, qvæ ad veritatis normam erunt dijudicandæ. Haud pauci causis
physicis relictis, ad maledictionem Noachicam concurrunt; multi ad solis
ardorem configunt (h); Plures ad ipsam generationem, & semen paren-
tum sese conferunt, illud cum Herodoto (i) nigrum esse, statuentes. Plurimi
(k) *Æthiopes* adipe, sebo, sapone, aliisque ungventis, infantes recens natos
inungere, solique adurendos tamdiu exponere, afferunt, donec nigritiam,
illam consequantur; Alii, qvibus addicctus est *Torniellus* (l) ad imaginatio-
nem qvandam validissimam matris se recipiunt; Alii alibi conjecturis suis
patrocinium qværunt; formalem autem nigroris causam proximam, omnes
prætereunt. Adeò, ut certum existat, vix qvenqvam ex his rem acu tangere;
sed alios proprius ad veritatem accedere; alios verò paulò longius ab illâ re-
cedere. Nimirum, qui maledictioni Noachicæ favebant, vel ex eo repre-
henduntur: qvod Chus multò ante fuerit genitus, qvam pater ejus Cham
in impietatis suæ præmium, Noëticam maledictionem accepisset: Notum e-
nim, ut alia taceamus (m), divinum decretum est: *Personam quæ peccavit,*
mori debere. Qui solis ardorem prætendebant, penitus considerare debu-
issent, nigritiam hanc non superficialem esse; sed sub cute latitare, id qvod
ana-

ana-

anatomica inspectio sufficienter docuit: tacemus, cutim non scabram, aut stri-
 gosam; sed in nitido pingviqve habitu, levem potius esse; secus ac cutis homi-
 num à solis ardoribus adustorum, in qua æruginosam qvandam obscuritatem,
 siccum item, & rugosorem habitum; temporarium tamen, & cum hyeme in-
 tereuntem, observamus; cujus rei causam pulverem minutissimum, sudori, in
 poris cutis hærenti, intermixtum, Physici constituent. Accedit, qvod idem Æ-
 thiopum habitus, in nepotibus & pronepotibus, apud nos qvoq; maneat, neq;
 iisdem parentibus nigris, conjugia ineuntibus, exspiret (n). Qui nigrorem se-
 minis urgent, facile ab ipsâ refelluntur experientiâ, qvæ, ex Æthiopis, cum alba
 muliere congressu, albos infantes natos esse, reclamat: ne dicamus, semen ob
 multitudinem spirituum, qvos continet, album necessariò esse debere (o).
 Etiam si autem hoc ~~magis~~ ~~ad~~ admitteremus; qvæstio tamen esset: unde,
 & qvam ob causam hæc qualitas seminis colorem mutaverit? Qui colorem
 atrum medicamentis induci probabant, aliquid dixissent, nisi Æthiopes apud
 nos geniti illos tacite iterum refellerent, nigroremqve, qvamvis non perun-
 eti, proderent. De Cingaris id pro indubio retulit *Thomasius* (p); ast facili
 iterum lotione, qvoties libet, candorem cuti posse reddi, idem autor testatur.
 Illi tandem, qui ad imaginationis vires provocant, tolerari qvidem possent,
 nisi dubium remaneret: unde talis Nigrita, ex imaginatione ortus, conjugem
 tales acceperit? & si conjugem eadem imaginatione natam, unde propaga-
 tionē nigritia in speciem? cum nigror sub pellicula latitans, non in superficie,
 Prout imaginatio solet, sed summo naturæ studio, procreatus esse videatur.
 Qvicquid proinde dicatur, vix ac ne vix qvidem ab omni difficultate liberatur.
 Observavit hoc præ cæteris physicis Celeb. *D. Pechlinius Prof.* Kilon. unde
 missis iis, qvas hactenus tetigimus causis, in peculiari hac de controversia tra-
 ctatu, nigroris Æthiopum proximam & formalem causam, in corpore qvo-
 dam mucoso & reticulari, tenuioris muci, seu Tunicæ retiformis in oculis æ-
 mulo, inter cutim & cuticulam collocato, & per cuticulam translucente,
 consistentem, in Anatomia Æthiopissæ, deprehendit (q); Cum autem iterum
 de membranulæ hujus reticulatae, & fuligine delibutæ, primâ origine dubitari
 possit, inter causas (ut paucis multa complectamur) reponit, habitum, &
 colorem gentium jam ab initio rerum, postqvam a sotia duci homines cœpe-
 runt, degenerasse: Deinde in unum primò objectum, factam ab imaginatio-
 ne impressionem, in nepotes manâsse, & nigrorem ita continuato vitæ ordine
 in familia non tahtum, aut gente; sed natione hæfisse: Qvod haud esse
 absurdum (r) vir prælaud: concludit. Unde ex hactenus disputatis facile
 evincimus; veritati simillimum esse, si non unam, ut quidam volebant;

sed varias ponamus, nigroris Æthiopum causas: Ita ut I. Situs loci, & climatis constitutio. II. Vitæ genus, atq[ue] alimenta (s); III. fortior qvædam imaginatio; & IV. demum etiam unguentum qvoddam, ad primævam nigredinis causam plurimùm contribuerint. Hoc forsitan modo: ut primò quidem, à debito parentum colore, sensim, his causis concurrentibus, degeneraverint nepotes, hiq[ue] mox progeniem nigro colore infectam, proseminalerint, hi iterum nigerrimo; donec tandem hæc turpitudo toti familiæ, postea toti etiam genti, tandem nationi communis, & quasi gentilis facta fuerit, ita, ut Æthiops hodie fœtum definito à Cl. Pechlinio modo producat, atq[ue] communi proverbio haud obscurè locum concedat: Nunquam Nigritam dealbari posse.

(h) utp. Plinius Lib. II. Hist. Nat. c. LXXXIX. p. m. 26. b. Salianus & Torniellus ll. cc. (i) conf. ejus Thaliam Lib. III. p. m. 266. 267. & Possevinus, Lib. XV. sua Biblioth. Selectæ c. XIX. (k) vid. Voigtius in Physic. Zeitvertr. Cent. I. §. ii. p. m. 6. (l) l. c. p. m. 134. a. (m) quæ adducit D. Pechlinius in tract. de Habitū & colore Æthiopum Kilon. Anno 1677. edit. cap. IX. p. m. 94. seqq. (n) Conf. Beccmannus Hist. Orb. Geogr. & Civil. Part. I. c. IX. §. ult. p. m. 374. (o) causam explicat Celeb. D. Zeidlerus Analyt. Poster. Lib. I. c. XIII. §. II. p. m. 254. (p) de Cingaris §. LXIII. (q) vide Tract. cit. cap. VII. p. m. 71. seqq. (r) conf. cap. XIV. p. m. 148. seq. ubi hæc fusè diducuntur; Ne tamen cap. XV. p. 160. seqq. præterea: ibi enim ad majorem coloris Æthiopicæ lucem, causas candoris Europeorum, egregiè delineavit. Item cap. seqq. (s) de alimentis indubium est. vid. Pechlinii cap. XIX. & nos quoq[ue] mox §. XXII. producens exemplum, qvosdam homines ex esu fabarum recentium, per totum corpus viridi colore fuisse tintos, quemadmodum nostris cibis asfueti, mutarunt.

§. XIX. His omnibus pro instituti præsentis ratione explicatis, materialm splendidam sic satis, hanc nostram tractationem continuandi, hominis varia suppeditabunt accidentia. Ad ipsum enim vitæ genus si respiciamus, vel ὅ vivere simpliciter, vel ὅ bene vivere deprehendimus: Illud vietu & alimentis &c. hoc commoda aliquà habitatione, aliisq[ue] rebus ad certum aliquem, & communem finem tendentibus, absolvit, nemo facile negaverit. Utrumq[ue] nobis iterum occasionem *thaumanthropologias* præbet, proindeq[ue] brevibus explicandū erit. Qvod autem initio ipsam hominis vitam, simpliciter consideratam, attinet: eam sine debitissimis alimentis, cibo scil. potuq[ue] convenienti, commode protrahi haud posse, nemo, qui vivit, protervè inficiabitur. Non jam prolixè de facultatibus animæ vegetativa, nutritione scil. masticatione, concoctione,

atione, & his similibus, cum Physicis (t) disputabimus: hæc enim, cum quotidiana sint, vix *thavmat*. discussionem subire poterunt; sed de iis tantum hominibus quædam subjiciemus, qui vel *in defectu*, per longum temporis intervallum jejuni & famelici, sine alimento vivere; vel *in excessu*, nimium vorando, *thavmat anthropias* documentum dare voluerunt: *Nimium jejunantes, & ab alimentis necessariis abstinentes*, qvod attinet, hos *Fortunius Licetus* peculiari tractatu. Libris IV. descriptissime dicitur, ad quem, cum non sit ad manus, hoc loco tantum provocare cogimur; Congessere tamen præter hunc & alii (u) plurima hujus *thavmat*. exempla, quorum extantiora quædam non prolixè recitabimus, sed digito quasi tantum, B. L. ad citatos authores humanissimè allegantes, monstrabimus. Quæ de astomorum gente præter odorem herbarum, sine omni alio alimento vivente, §. IV. pag. 9. disseruimus, tanti non sunt, ut hoc loco prolixè repetantur: Non enim liberaliiter crediderimus, totam hujusmodi hominum, diu inedia tolerantium, gentem esse: unde à B. L. veniam impetrabimus, si non nationem, sed quædam tantum individua, in *thavmat*, argumentum traxerimus. De hominibus itaque X. XX. XXX. LX. dies, sine omni cibo vitam degentibus, non est, ut quis dubitet: cum hominum, dimidii, unius, trium, imò plurium annorum decursu, muliebris præprimis sexus, omni cibo abstinentium, non pauca re- censere possimus exempla. Virum quendam melancholicum occlusum, salvis signaculis, sine cibo, bibendo tamen haustum aquæ frigidæ, per septem septimanas vixisse, sæpiissimè autem per quatuor aut quinque septimanas jejunasse, *Albertus M* (w) ex *avtoψια* refert. Dignum est, ut hoc loco repeta tur illud, qvod *Pontanus* (x) habet, fuisse hominem, qui nullo unquam tempore biberit vinum aut aquam; quin cum aliquando *Ladislai Neopolitani Regis* mandato tantillum bibisset, ægrè id tulit, noxiusque potus illi fuit. De *Apollonia Schreiteriana* ex agro Bernensi, virgine XIIIX. annorum, notum est ex *Thuano & Deusungio* (y), qvod Anno M D XCVII. in Senatum Bernensem allata, jam annum in omni esculentorum & potus inedia, transegerit. Aliam virginem Gallicam, quæ *Johanna Balan* vocabatur XIIIX. menses sine omni cibo potuque, superasse, & inter modicos labores, solius quasi aëris beneficio vixisse, testis est *Gallicus* quidam scriptor, à *Francisci* citatus (z). Per hibet *Hedio*, (a) Anno 1325. Puellam quandam in pago *Camertio*, die Pascha tos, sacram Eucharistiam accepisse, & abinde triennium, sine cibo, & potu vixisse; tandem vero post illud tempus alimentis usam fuisse. Mellingæ, (est oppidum Helveticorum ad Ursam) tempore Ludovici IV. Imp. puella quædam, IIIX. annorum, usque ad finem vitæ suæ ab omni cibo & potu per-

quatuor annos abstinuit, corpore tamen sine morbo & defectu, formoso manente (b). Qvod de variis puellis, & virginibus, *Margaretha* scilicet *Spirensi*, de aliâ quadam *Juliacensi*, & *Tullensi*, qvæ sine cibo, parcissimo autem potu, triennis inediæ exempla præbuerunt, cum ab autoribus adductis prolixè describantur, fusi repeteremus ; id tantum coronidis loco adducentes, inventas esse alias, tam pueras, quam mulieres, qvæ totum septennium, imò XI. XIX. & plures annos, dicto modo, jejuna continuarunt, prout id cuiilibet *Schortum*, *Licetum*, *Kornmannum* l. c. aliosqvè consulenti, patere poterit. Et ne solâ exemplorum serie L. B. detineamus, vel tribus verbis, causam stupenda hujus ~~grauatavtqwpas~~ universalem, subjiciemus. Particulares enim suppeditaturis, & charta, & dies deficerent, cum in unoqvoqvè ferè individuo ob diversissima symptomata, diversissimæ, summo studio, explicandæ forent causæ. Qyanquam itaqvè *Valeriola*, *Harveus*, *Brafavola* & alii pro figmentis, allata exempla habeant; alii ad Magiam, ac dæmonum phantasmata confugiant; vi tamen veritatis agnoscendum erit, quædam ex his verissima esse, cum tot Autoribus ex ~~aurpsiæ~~ id afferentibus, ac rationes Physicas, egregias sic satis, afferentibus, temere contradici haud possit. Cum enim individua illa, in qvibus diuturna hæc inedia observata fuit, ferente id sexū muliebris præsertim naturā, frigidioris temperamenti fuerint, & crassissimis humoribus abundaverint, accidit, ut morbo præcedente, ex crudorum, frigidorumqvè hujusmodi humorum copiâ, ventriculus quasi stupefactus, onine cibi, potusqvè desiderium amiserit; Cùm autem ex antecedente morbo : (ut plurimū enim hæc subjecta antea morbida fuerunt), phlegmaticus, crudus, latus, atqvè viscosus humor in corpore residuus esset, hoc ipso humore, calor parcissimus in ventriculo adhuc latitans, alimenti loco, tamdiu usus est, donec illō absumente, subjectum inediâ laborans, vel alimento novo reficeretur, vel vitâ privaretur. In qvibusdam vero subjectis, ex nimis cerebri humoribus, materia quædam subtilis & pituitosa à capite in corpus descendit, atqve interea corpori in alimentum cessit: tunc enim qvicquid à corpore exspiratur, vel difflit, continuò ab hoc humor, in alimentum converso, restituitur; ita, ut nec cibus homini necessarius sit, donec hic humor penitus consumatur (c).

(t) Vide Bechmann. *Phys. Lib. VI. c. I. p. m. 570. seqq.* & *Physicos ubivis obvios, qvos ne cumulemus, festinans calamus jubet.* (u) utpote Thuanus, *Regis Gallia Consiliarius Lib. CXXIII. Historiarum sui temporis Tom. III. Opp. p. 884.* ubi simul Medicorum varias de hac thaumat. sententias, ac rationes repetit. Schottus *Phys. Cur. Lib. III. c. XIV. p. 463. seqq.*

Erafn.

Erasm. Francisci in der lustigen Schaubühne vielerhand Curiositäten
 Parte II. p. m. 915. seqq. fusissimè. Franc. Citesius, & Paulus Lentulus peculiaribus libris de Virgine Confluentinā. Marcellus Donatus Lib. IV.
 de Medic. Histor. Mirab. cap. XII. & Lib. II. c. XXVII. Dan. Sennertus
 Lib. III. Medic. Practic. p. 76. Hildanus Lib. V. observ. Chirurg. p. 113.
 Langius Lib. II. Ep. Medic. num. XXVII. aliq; plurimi; qvibus adde Dn.
 M. Caspari, Praeceptorem olim honorand. Observat. Historico-Physic. Disp.
 V. observ. X. §. 8. & 9. (w) Lib. VII. de Animal. c. III. Tractat. III. (x) Lib.
 de Reb. Cœlest. & Petrus Hispal. Sylv. part. I. cap. 26. cit. Kornmanno p. m.
 iii. (y) ille qvidem l. c. hic verò in Diatriba de nutrit. animal. distinet.
 XL. & seqq. cuius rei seriem & Paulus Lentulus citatus, Medicus Rep.
 Bernensis itidem persecutus est. Adde Stumpfum Lib. IX. cap. XLIX.
 Chronic. & Kornmann. l. c. p. 116. (z) l. c. p. 915. 916. (a) Lib. VII. c. XIV.
 (b) Chron. Lib. VII. c. 10. & Kornm. de mirac. viv. p. 117. (c) vid. Schottus
 l. c. p. 470. & authores supra citati, qui causas tantæ inedia curatius
 persequuntur.

§. XX. Hi homines, ut audivimus, in defectu circa vīctū thermat. ansam
 dedere; nunc vi ordinis ad eos nos convertimus, qui nimia gulofitate & voracitate, ipsa bruta, cum insigni monstrositatis specimine, superarunt. Procul autem ab hac nostra tractatione *αὐθεωφαγίας*, (cui totas nationes, vel ex superstitione (d), vel ex bestiali crudelitate, & ventris ingluvie (e) deditas fuisse legimus.) itemq; *πλυνφαγίας*, in specie sic dictam, (illorum scilicet, qui convenientes, ac legitimè præparatos cibos, integrum e. c. bovem, plurimos panes, (f) &c. uno prandio consumentes, vix tamen latrantem stomachum compescere potuerunt.) in limine statim abesse volumus: de Polyphagiâ in genere sic appellata, illorum tantum subjectorum, qvæ crudas carnes, cadavera, foenum, stercora, carbones, vitra, lapides, imò venena, & hujusmodi infinita alia, vel famis saturanda, vel lucri alicujus causâ, sine discrimine devoraverunt, paucissima in præsenti promiscue delibaturi. Paucissima inquam: si enim singulas voracitatis species hic explicare cuperemus, in immensum hac nostra excresceret thermatanthropologia, cui tamen & curiosiora adhuc inferenda erunt. Integras interim, qvod mirandum! hic invenies gentes: Si enim Marcellino (g) fidem non denegamus, certum erit, Hunnos peræq; semicrudâ ejusvis pecoris carne risci, quam in femoribus suis, & vivorum tergis, brevi fotu calefaciunt. Certissimum etiam existet, qvod illustris Scaliger (h) de Tartaris perhibet, eos carnium frusta sub ephippis condere, eaq; in secessione atq; evitazione calefacta, vorare. Porro

ne-

neqve sine fastidio refertur, qvod Rogerus (i) memorat: Das die Einwohaer von Hospodarscheline in Russland/ noch heutiges Tages eine sonderliche Zuncigung nach Uaß haben/ daß sie dieselben aus den Flüssen und andern Orthen auffangen/ und derselben Därme und Eingeweide als Leckerbischchen auslesen. His nom absimiles sunt illi, qui in Helvetia vallibus, quæ Strumosæ dicuntur, degunt, quod nullo cibo humano; sed fæno, stercore, & exrementis pastantur, & sonomagis, quæ sermone utantur (k). Memorabile etiam est, qvod de πλυνθάσι circa promontorium Bonæ Spei habitantibus, Cæpharus Ens (l) enunciat, daß sie von dieser unflätigen Speise eine übelre Nede bekommen/ indem sie fast wie Hühner Kluchsen/ und einen so übelriechenden Athem/ daß einem der Gesiant von weiten entgegen komme. Nec incommodum fortean erit, si id annexamus, qvod de incolis Cumanae insulæ Aldrovandus & Francisci (m) habent, eos araneorum promiscuo esse nullam percipere noxam. Qvodsi itaqve dubitare aliquis vix potest, dari hujusmodi πλυνθάσι, in sensu antea limitato, integras nationes; multò minus de certis individuis ambigere licebit. Sic Erasm. Franc. (n) de nobile qvodam nomine Petro Corogio memoriaz tradit: Das er gleichsam einen eisernen Magen gehabt/ der mit den Straussen altes in die Wette können verduuen/ wofür anderen Leuten grauet und ekelt. Wann es der junge König (Ludovicus Scilicet Rex Hung. & Boh.) begehrte/ verschluckte er junge Meuse/ abgehanene Käferschwänze: pfleg auch wol einen hingeworffnen/ und gar stig-stinkenden todten Hund/ ungescheuet anzupacken/ und ohn einigen Ekel/ ob gleich ein solches Uaß von Würmen wimmelte/ und mit eiter/ abscheulich fast überschwemmt wort/ also roh/ zuverzehren etc. Nierembergians (o) huic consona de obseceno qvodam delicatulo, incredibilia, refert: Nuper vidimus in hac aula Philippica Madriti Hominem, qui omnia gustaret, omnia voraret, pannos, coria, & mures vivos. Ino semel visus est manducare vivum felcem, cum pelle & pilis: ipsum ejulans & repugnans animal mordebat ipse, crudele prorsus spectaculum! Trahi huc quoqve debet illud Schockii (p) qui honestæ, sibi qye nota virginis accidisse scribit, ut sterco- ra canina exsiccata, itemqve humana, avidissime exoptaret, & pulverata, tanquam bellaria comedeter, latrinarum crustas, chartæ involutas, semper secum ferens. De Lazaro Vitrivorace vulgo dicto, manifestum est (q), eum nullo prorsus gustu, dum viveret, præditum fuisse: nullam enim ille in edendo voluptatem, nil injucundum cornebat: vitrum, saxa, lapides, ligna, viva animalia, carbones, pisces ex vivario extractos, adhuc salientes, vorabat, imo omnia, quæcunqve offerebantur, mercede proposita, ingurgitabat. Cuna autem hoc monstrum Realdo Columbo post fata ultima, Patavii dissecandum traderetur, anatomicus quartam nervorum conjugationem, quæ gustus gratia in aliis hominibus à natura producta est, neqve ad palatum, neqve ad lin-

gvam:

giam; sed ad occipitum reflectentem, observavit. Singulare exemplum est, quod stylo Er. Franc. (r) apponimus: Als der Jesuit Pater Heinricus Roht in der Ost-Indischen Residenz-Stadt Agra sich befunden / hat ein Knabe von sieben Jahren/ eines Braminen Sohn/ den giftigen Thieren so begierig nachgetrachtet/ als Spinnen/Scorpionen/Schlangen/und allerhand andern vergifteten Ungerieffer/dass er derselben nimmer hat können satt werden. Und da ihm in præsentz erwehnten Jesuiten/ ein Korb vol/ der allergiftigsten Schlangen gebracht/ hat er sie alle ingesampt wie ein Hungriger Hund hinein geschluckt/ auch weder die giftige Galle/ noch das geringste Eingeweide zuvor ausgenommen; sondern alles von Kopff/ bis an den Schwanz verzehret/ und zwar mit solcher Lust/ und schmackhaftesten Appetit/ als ob er die köstlichsten Gerichte/ und nicht die Speisen des todes/ in den Leib frässe. Causam hujus monstrositatis Kircherus in corruptum gravidæ matris appetitum, quem conspecto serpente concepit, ac loco ejus angvillam, cæcā imaginatione comprehendens, inqve eam summā aviditate & voracitate involans, hunc affectū embryoni impressit, eruditè satis rejicit. Qvæ Ludov. de Barthema(s) refert: Das Sultan Machamud alle Morgen ein wenig Giffts gegessen habe/ davon er so vergiftet gewesen/ dass alle Morgen das Weib (deren er bey drey oder vier tausend hielte) so bey ihm geschiassen/ tott gefunden/ auch kein Mensch das Hemde oder Kleid/ so er ablege/ anziehen dürste: denn sein Vater ihn zum Gifft essen/ von jugend auff also gewehnete. Haud inepte hoc referuntur, & alio, planè consimili exemplo corroborantur. Scribit enim Kircherus (t) Puellam qvandam Colonensem, araneorum veneratione, qvos in cibos assuebat, ita sese contra omnem veneni perniciem immunem fecisse; ipsam autem adeò venenosò spiritu repletam fuisse, ut vel habitu alios interimeret; ut ea, qvæ de Mithridate afferuntur, hoc loco, aliaqve plura, prætereamus. Nolumus enim his L. B. ulterius fastidium creare, maximè nimirum contenti, si ea, qvæ adduximus, fuerint ad palatum. Causas thaumatarthropias hujus Physicas, qvi desiderat, à Physicis de gustu (u) informationem petat; Adeoqve partem horum exemplorum, vel ad organon gustus corruptum, vel vesanum, & bestialem aliquem appetitum, vel bellum qvandam crudelitatem & barbariem, male moratarum imprimis gentium, aliasqve obvias ac manifestas, sine alicujus difficultatis notâ referat; nobis enim, cùm charta, tûm tempus, festinationem ad alia paulò sapidiora, ne dicam promittit: sed imperat.

(d) de his consuli poterunt: Selden. de Dls Syris Synt. I. c. VI. p. 176. seqq. & plurimi alii authores, quos in Historia excedentium circa ιρεωφαγίας congesit M. Weberus. Aqvibusdam autem Africæ incolis, Anficanis, mortuos vorandi ritum, bodie adhuc accuratè observari, docet Dappert Americae sue p. m. 538. qvi cum infinitis aliis authoribus evoluti poterit (e) id
G Pot-

Ptolomæus de variis gentibus, de Annibis, Garineis, Sizygibus, Ansatiis, atq; alii testatur. In compendio omnia habet Weberus l. c. §. 25. seqq. Memorabile est, in Angolâ locum esse, ubi publicè caro humana, uti apud nos bovilla, aut agnina, divendatur, & si quod mancipium vivum tanti non veniat, quanti mortui caro, mactetur & cibo destinetur. Jarricius in thesaur. rerum Indic. à Webero §. 29. cit. annotat. (f) Vid. Schottum Phys. Cur. Lib. III. cap. XII. p. m. 417. seqq. Hartnacc. l. c. p. m. 481. ubi haud pauca exempla congesta sunt (g) Lib. XXXI. (h) Exerc. XXII. p. m. 103. (i) ex Jacobo Tolck in descript. microcosmi, Janua reserat. cap. II. p. 25. (k) ut refert Daniel Eremita Belga, in Epist. de Helvet. moribus ad Gonzagam p. 485. (l) Histor. Belgic. Lib. XIX. (m) im Sinesischen Lust- und Staats-Garten p. m. 1020. (n) Part. II. des Traur. Sahls Hist. II. p. m. 73. ex Isthuanii Lib. IIX. rerum Hungaric. (o) Lib. III. Hist. nat. c. IX. cit. Schotto l. c. p. m. 460. (p) Centur. rar. problemat. XXIII. p. m. 20. (q) ex Schotti & Nieremb. ll. cc. (r) im Sines. Lustg. p. m. 1472. (s) im IV. Buch seiner Reiß-Beschr. cap. II. cit. Francisci l. c. (t) Tomo I. M. S. Lib. V. cap. III. p. m. 280. (u) vid. ex Neotericis Digbæum de natura Corp. cap. XXVII. §. 4. p. m. 312. edit. Francof. Le Grand. Institut. Philos. Part. VII. c. XIV. p. m. 553. seq. edit. noviss. & Hist. Natural. Part. II. Artic. V. p. m. 55. n. i. Cartesium Part. II. Ep. IIX. §. 17. p. 31. Arriagam disþ. VII. de an. Sect. IIX. n. 92. Curs. Philosoph. p. 845. & Morhof. de paradox. sens. qvibus Physicos obvios, Magirum, Bechmannum, Hartnacc. &c. addere poteris.

§. XXI. Ad hominis ðò benè vivere, commodam etiam præter alia requiri habitationem. §. XIX. diximus : Cum enim Homo animal sit sociabile (w); nullius autem societatis, sive ea simplex sit, sive composita, finem commode consequevi possit, nisi habitaculo aliquo, (de quo sibi & bruta prospiciunt) excipiatur, in quo de victu sollicitus, se, suosque, à tempestatum injuriis tueri, ac munia sua ritè obire queat. Convenienter habitationi ejus, non tantum ex scripturæ (x); sed etiam naturæ legibus, terra assignata, & subjecta est : Est enim homo animal calidissimum, adeoq; aëreæ potissimum & terreæ fortis, qvì ergo ullibi commodius, & secundum rationem, quām in terrâ vitam aget? Hinc etiam Aristoteles, Physicè, adeoq; in genere animalis, hominem considerans, in definitione ejus, tales differentias, animal per se dividentes, & homini per se competentes, posuit, eumq; per ζῶον χεροῦσιν πελέγει ὀπίστη (y) accuratissimè definitivit, qvicquid obgaudent alii, qvibus Gallus Platonicus deplumatus, sat inepte, hic definiri putatur;

tatur; cum tamen ille accuratius ad animalia πενία; non vero ad χερσία propriè dicta, qvorum homo spectat (z), referatur. Propterea tamen homini rationem haud denegamus, maximè si is in foro Ethico spectetur; sed unicè ad ejus essentiam, rationem pertinere constanter asserimus; verum non ut spectatur is, in genere animalis, adeòque Physicè: In horum quippe censu ratio non *Speciale animalis esse* dicit, qvia connexionem per se, cum essentiā & naturā animalis non habet; sed prærogativam solum hominis exhibet, præ reliquis animalis speciebus; Qvamvis autem, (ut ad lineam revertamur) homo naturā animal tale πλυτικόν existat, neq; ullibi, ut inaudivimus, commodius qvam in terrā vivere queat; nihilominus tamen haud pauci reperiuntur, qui Θευματιθεωτοίς documentum daturi, vel extra omnem societatem viventes, ad brutorum animalium voluptates delabantur; vel, si societatem illam amant, non supra terram; sed sub ea bonum aliquod qvarant. Priorum ordinem, *Homines Sylvēstres, & marini;* posteriorem vero, *Subterranei, aliq; haud obscurè illustrant: nos singulos in th̄avmat.* nostræ argumentum, succincto discursu trahemus.

(w) vide Aristot. Lib. I. Hist. An. c. I. & V. Lib. I. Polit. c. II. Lib. III. Pol. cap. IV. Lib. IX. Ethic. cap. IX. Lib. I. Eth. c. V. Lib. I. Eudem. c. X. quo cum sentiunt Accorambonus comm. in Lib. I. Polit. fol. 326. edit. cit. & comm. in Lib. I. Hist. An. p. 493. Eufrathius Comm. in Lib. I. Eth. c. VII. n. 21, p. 64. quibus etiam addatur Cicero Lib. I. Off. & alii. (x) Genes. III, 17, 18. Psalm. CXV. 16. Actor. XVII. 16. (y) Conf. Lib. II. poster. c. XIII. & Lib. I. Hist. An. c. I. itemq; Lib. de incessu an. c. V. (z) Terrestre enim animal juxta Aristot. propriè est, qvod secundum naturam suam in terrā vivit, & in eā, & per eam se ut pedes tantummodo movet, quando vietum suum ad conservandam vitam querit: Cui scilicet natura, nec instrumenta dedit ad volandum, nequè omnino alas, qvò progressum suum promoveat, etiam si volare nequeat. Conf. B. Wichelmanni disp. M. SC. de definit. hom. §. m. 18. & D. Zeidleri Analyt. Post. Lib. I. c. XI. à §. 27. ad 35. p. m. 221. 235. itemq; Introd. in Lett. Arist. §. 119. p. m. 280. seqq. ubi definitio hominis, quā Animal terrestre bipes dicitur, fūse vindicatur, & egregiè explicatur.

§. XXII. Qvod ad illos homines primo loco attinet, qui Societatem appetentes, & lumen qvasi solis fugientes, subterraneas habitationes delegerunt: horum Θευματιθεωτία à variis variè exhibetur, qvorum vestigiis & nos insistentes, pauca qvædam; admiranda tamen, & singulæ exempla exhibebimus; Non autem hic nobis de pygmæis subterraneis,

vel virutculis metallicis, aliisq; spectris (a); sed veris, ac essentialibus ho-
minibus, sermo erit. Notum enim est ex Sabellico (b) in Campaniâ popu-
los qvosdam, qui Cimmerii dicebantur, subterraneas specus inhabitasse,
commerciaque inter eos, profundissimis cavernis, inter se perviis, fuisse.
Proprium adhac ipsius gentis, occulta latrocinia exercere, neq; solem un-
qvam aspicere, noctu extra telluris hiatus egredi, dicitur. His Similia,
sed longè mirabiliora habet Kircherus (c) ex Gwilhelmi Neubriffensis rer. An-
glic. revolutionibus (d): Pagus est, inquit, in Occidentali Anglia, qvatuor, aut
qvinque milliaribus à nobili Monasterio S. Edmundi Regis, & Martyris, dissi-
tus, juxta qvem nonnullæ antiquissimæ speluncæ spectantur, qvas vulgari lin-
gvâ *Wulffputes*, id est *Luporum latibula* vocitant, à qvibus & pagus supra me-
moratus, nomen suum obtinuit; ex qvarum specuum unâ, tempore æstivo,
qvo rustici segetibus metendis operam navant, duo pueri, toto corpore *viridi*
colore ticto, incognitâ adhac vestum materiâ tecti, eruperunt. Cum itaq;ve
hinc inde, ex novi coeli intuitu, veluti cœcutientes per campos oberrant, tan-
dem à messoribus capti, in pagum, magno hominum confluxu, adducti sunt,
ubi ad nonnullos dies sine cibo vixerunt, neq; ut de iis cibis, qvibus pagus vesci
solebat, qvicquam sumerent, induci potuerunt, adeoque paulatim deficients
de vitâ, congrui nutrimenti defectu, periclitarentur. Contigit autem, ut eo-
dem tempore, qvidam curru, fabis onusto pertransirent, qvas simulac viderunt,
statim pleno impetu currum involantes, cum apertis scaphis nihil reperirent,
suam miserabilem sortem copiosâ lachrimarum effusione, unâ ejulatui junctâ,
contestati sunt. Postq;am verò indigenæ, fabas illos appetere cognoverunt,
statim recentes fabas illis apposuerunt, qvas magno gaudio, & veluti propri-
um ipsorum nutrimentum, summâ aviditate comedenterunt, atq;ve exinde non-
nullis mensibus, nullo alio, præterq;am dicto nutrimento usi sunt, usq;ve dum
paulatim panis esu adsvescerent. Postq;am verò nostris cibis paulatim adsuetâ
essent, ecce *viridis*, quo imbuebantur, color, sensim in ceterorum hominum co-
lorem abire visus est; deinde Sacro Baptismate initiati, idioma Anglicum di-
cicerunt. Masculus, qui foeminâ junior credebatur, statim sacro lavacro su-
cepto, extremum diem obiit; Soror ejus verò, qvæ in nullo, qvoad corporis
proportionem à ceteris foeminis differebat, diu supervixit, & uti fertur, juxta
Lennam Matrimonio copulata, non ita pridem adhuc vixisse dicitur. Cum
verò jam lingvam Anglicam didicisset, & interrogata, qvænam, aut unde
esset? respondit: *Homines se esse, ex Regione S. Martini, ubi maximus ejus cul-
tus vigeret.* Et cum ulterius interrogaretur: ubinam terrarum illa Regio
existeret, & qvomodo in hanc nostram Regionem emersisset? Respondit:
ne-

nescire se; hoc tantum recenti se memoriam tenere, cum quodam tempore, patris eorum pecoribus pascendis invigilarent, percepisse sese sonitum quendam, similem illi, qui in S. Albani templo hujus loci, campanarum compositione datur, & cum insolito hoc sonitu attoniti ulterius progrederentur, tandem sese in eo, quo capti fuerant campo, reperisse. Et cum rursus interrogaretur: An in memorata Regione in Christum crederent, & an sol illis unquam luceret? Respondit ad primum: Regionem esse Christianam, & templis instructam. Ad secundum dixit: Solem nunquam nec orientem, nec occidentem ab eis videri, neq; ullis radiis solaribus illuminari; sed luce quadam dubia se frui, eo fere modo, quo ante solis ortum, aut post ejusdem occasum, crepusculorum tempore, nobis modò hic apparet: Distare autem non procul inde, Regionem multò clariorem, à suā Regione, haud exigui fluminis latitudine distinguitam. Hæc, & similia de prædicta subterranea Regione mulier, qvoad recordabatur, retulit. Unicuique suum de hac historiā judicium reliqvo; Contigit autem hic mirabilis eventus sub Stephano Anno M CXL. Fateor, diu, multumq; me de simili casu, suspensum hæfisse, donec tot, tamq; conspicuis hominum fide dignissimorum testimonio convictus, ita rem sese habere, credidi, miratus illud, qvod ratio minimè capere videbatur. Audivimus hucusq; Neubris-sensem de hominibus, subterraneas regiones inhabitantibus, prolixè differen-tem, cui neq; temere fidem denegamus, neq; liberaliter credimus. Probabile id qvidem esse dicit Kircherus, conjiciens, potuisse id contingere, pestis, bellorum qvæ sanguinem tempore, qvo plerique homines, fugâ vitæ suæ con-sulturi, in abdita qvævis altissimorum montium antra, velut in tutum asylum contra hostium infidias, se recipere, & ne ibidem necessariorum defectu per-eant; pecora, vaccas, panem, semina, legumina, & qvicquid tandem ad vi-tam trahendam, necessiarum rerum est, unâ secum adducere solent. Hi homines, ut Kircherus porrò hariolatur, persecutorum sanguinem fugientes, ex eo cryptarum Labyrinto sese expedire deinde non potuerunt, & quantò de-inde exitum sollicitius qvæsivere, tanto magis magisq; sese intricasse veri-simile est, donec in hanc longè lateq; patentem regionem ingressi, non sine divinâ dispositione, duro necessitatis telo adacti, remanere coacti fuerunt. Probabilior redditur superius adducta Θαυματικη θεωρογονια plurimis aliis, hic facientibus exemplis. Ita ex Itinerariis Hungariae constat (e), Pagum non procul Albâ Græcâ esse, & Tobrinzi vocari, qui ita à Neitschutzio describitur: Tobrinzi ist ein Dorff unter der Erden; oben über der Erden sithet man nichts mehr davon als etwa die Dächer von den Häusern; die Wohnungen aber sind alle unter der Erden eingeschnitten, und eingebauet, welches gar seltsam und wunderlich ist.

anzusehen. Plura exempla, de Subterraneo scilicet Pago, qvem Kircherus Anno M. DC. XXXVII. Melite, & in ejusdem Insulæ viciniâ, Gozo dictâ; itemq; in Hetrurie Agro Viterbiensi suis oculis observavit, apud ipsum authorem l. c. vel apud Bechmannum (f) sicubi Kircherus non ad manus fuerit, prolixius descripta & repetita videantur: Nobis enim brevitatem imperat hypotheta, qvam ob causam, occasione oblatâ, de insulis, pagisq; natantibus hoc loco paucissima tantum delibabimus, ut nihil omnino, qvod ad tharmat. hanc illustrandam allegari potuisset, pro modulo nostro maneat intactum. Insularum natantium historiam succinctam Kircherus (g) & Bechmannus (h), alii que (i) congesserunt. Et talem Insulam Prussia, circa oppidum Gerdauen in lacu qvodam exhibere dicitur, longitudinem CCCL. & latitudinem CCL. passuum habentem, qvam vernacula Schwimmbroeck / & das Schwimmabroeck appellitant: Incolæ enim, sicubi dicta insula appellit, armenta sua, in eam abigunt, qvæ, si contigerit, eam à vento rursum aliò propelli, tamdiu hic morari oportet, donec aliò iterum appulerit. Causam Physicam, cur tales insulæ fluctuant, nemo non divinare potest, præsertim si Kircherum (k) hic voluerit conferre. Mirabilius est aliquantulum, qvod de vicis pagisq; natantibus circumferunt authores (l): Prout enim quidam homines, sibi paulò ante cavernas subterraneas ad habitandum delegerant; ita non pauci, consimili propemodum miraculo, aquas petierunt, & sub iis sedes sibi qvæsiverunt. Testem hujus rei nominamus Neuhofium (m) non auritum; sed oculatum, cui ita placet dissenserere: Es kam daher getrieben ein ganzes Dörflein/ dergleichen die Sineser treibende/ oder schwimmende Dörfer nennen,/ und warlich ein niegefehnes/ recht wunderselkames/ und kurbweiliges Spectacul. Solche schwimmende Dörfer/ wissen die Sineser so artig und künstlich zu bauen/ daß auch der allerfinnreichste European es ihnen kaum nachhüne würde. Die Materie daraus ihr Fundament beschrebet/ ist eine besondere Alht Schilf/ oder Riech/ überaus dicke/ und stark/ daß mit Gewalt auf dem Wasser schwimmet/ solche Rieche werden mit dicken Hölgern an einander gefüget/ und mit Stricken feste gemacht. Auf dermassen dicht zusammen geschnürten Riechen/ bauet man Hütten/ und kleine Häuslein/ von Brettern/ und anderer leichten Materie, und decket sie oben/ mit einem Matten-Dach. Darinnen können die Sineser mit Weib und Kind sich auffhalten/ oder ernehren. Nicht anders/ als ob sie auf dem festen Lande wohneten: und sind etliche dieser im Wasser treibenden Dörfer so groß/ daß sich bisweilen ganzer 200 Familien darauff behelfen können. Diese Leute treiben fñrnehmlich Kaufhandel mit allerhand Sinesischen Wahren/ und fahren mit ihrer Haus-Flotte die Flüsse und Ströme hinlangs/ von einem Ort zum andern. Et post pauca: Nicht allein aber findet man in Sina Dörfer auf dem Wasser treiben; sondern auch ganze Städte/ welche nicht aus Häusern; sondern auf gemeinen Schiffen besten/ und daher Schiff-Städte mögen genennet werden: Denn da gibt es Flotten von 400. oder 500.

500. Schiffen/ darauff die Sineser ihr lebelang mit Weib und Kind wohnen/etc. Hæc
Neubofius, qvi fusiis consuli poterit; plura hujusmodi compilare, non licet.
 (a) *Conf. §. XIV. p. 34.* hujus tract. (b) *Tom. I. Opp. Enmead. I. Lib. VI. p. m. 81.*
 B. (c) *Vid. ejus Mund. Subterr. Lib. III. cap. III. Tom. II.* (d) *Lib. I. c. XXVI. p. 91.* citante cum Kirchero l. c. tum Bechmanno l. mox cit. (e) *Conf. itinerarium Neitschützii part. II. Lib. I. c. IV.* citante Bechm. *Histor. Orb. Geogr. & Civil. Part. II. c. IX. Sect. II. §. 15. p. m. 370.* (f) *I. c. ille enim nobiscum unicè hoc in passu ex Kirchero profecit.* (g) *Conf. I. c. Tom. I. Sect. IV. p. m. 239.* (h) *I. c. Part. I. c. V. §. 24. p. 150. seqq.* (i) *Conf. Gryphiandrus de Insulis cap. VI. n. 42. seqq. cit.* Bechmanno l. c. Seneca *Quæst. Nat. Lib. III. c. XXV.* & Happelii *Relat. Curios. Tom. I. p. m. 797. seqq.* (k) *I. c. Lib. V. Sect. IV. cap. II. p. m. 279.* (l) *Conf. Bechm. I. c. cap. IX. Sect. IV. §. 5. p. m. 401.* Erasm. Franc. *Sines. Lust- und Staatsgart. p. m. 1407.* (m) *hæc ex Neuboffi Sines. Reiß-Beschreibung p. 127. cum Bechmann. tum Francisci l. c. prolixè citant, posterior autem delineationem pagi descripti exhibet.* Idem de Tunquinibus relatum sibi esse, narrat Tavernier *Part. III. Hist. Regni Tunqv. c. II.*

§. XXIII. Vocamus jam ad illam Θαυματηρωπολειαν, quam in hominibus, omnem ferè societatem ejurantibus, reprehendebamus: Et quemadmodum paulò antè adducti, cavernas subterraneas, & habitacula natalitia adamabant, ita ex his quidam Sylvas & latibula, quidam aquas, & imprimis maria, inhabitare dicuntur: Piores Sylvani; posteriores, homines marini, generali nomine vocitantur. *Sylvanos, sive homines Sylvestres, dari, Schottus* (n), & cum eo plures alii haud obscurè produnt. Non hic de *Nomadum, Scenitarum, Saracenorūm*, aliisq; *Arabum* familiis, per solitudines vagantibus, neq; de *Scythis* veteribus, quibus nulli inter se fines, nec domus ulla, aut teclum, aut sedes, cum per incultas solitudines semper oberrarunt, aliisque hujus furfuris Barbaris, disputabimus; sed de *Satyris*, atq; *Faunis* paucissima subjicientes, *thaumatis*. hanc illustrabimus. Hominum sylvestrium, ac toto corpore pilosorum existentiam, temerè in dubium vocare, veremur: Contradicemus enim *Solino* (o), qui de *An-thabathitis* Æthiopie populis scribit: *eos pronus atq; quadru-pedes, non secus ac fera sine sedibus evagari, certo tempore locutas sylvestres legere, duratasq; sal-sugine in praesidium vite solas habere.* Cui *Plinius* (p) & alii (q) assensum suum, plurimis historiis in hanc rem allatis, haud denegant: Veram ergo hic agnoscimus *thaumatis*. imò afferimus, veros eos esse homines, rationis participes: quod vel inde dispallescit, quoniam paulatim aliorum homi-

hominum confortio reddit, manefiunt, humanitatem induunt, fidem in Christum suscipiunt, legibus se subjiciunt, & in optimam gentem evadunt, prout id ex multorum annorum, praesertim nostri seculi, experientia, compertum esse Schottus l. c. abunde evicit. Hoc tamen probè observari volumus, homines sylvestres, de quibus hactenus differuimus, cum *Satyris* & *Faunis* propriè dictis, non esse confundendos. Ibi enim veram; hic fictam falsamq; prodimus *Thavmatanthropogiam*. Exempla Satyrorum ex Schotto (r) B. L. repetet, & εμίνεστον nostram hanc esse, agnoscat: Qvod cum Satyri pro Diis olim apud Gentiles, eorumq; Theologos, sive Poetas (s) haberentur; credibile est, Dæmonem in tali formâ, quæ in superiori parte hominem, in inferiori verò caprum, vel hircum, exhibebat, superstitiosis sepiissimè apparuisse. Confirmat hoc assertum nostrum Satyrus, qui Hieronymo teste (ss), S. Antonio olim apparuisse dicitur: ille enim interrogatus, quisnam esset? hoc responsum dedit: Mortalis ego sum, & unus ex accolis Eremi, quos vario delusa errore gentilitas, Faunos, Satyrosq; & incubos vocans, colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur, ut pro nobis communem DELUM depreceris, quem pro salute mundi venisse cognovimus, & in universam terram exiit sonus ejus &c. Qyanquam enim hunc pro vero Satyro D. Hieronymus vendit, & Papiculae fortean S. Antonio contradicere nolint; nos tamen veriora edocti, dæmonem sub satyri hujus formâ latitantem, cognoscimus; adeoque veritate ita imperante, secùs sentientibus contradicimus. Nimirum si ad malum, prætextu boni, formam Christi olim induisse, Pontificio cuidam (t) creditur satanas: Satyri pelle nequitiam suam occuluisse, hoc quoque loco, tantò magis erit agnoscendum. Silemus, vix ab autoribus, Satyros defendantibus, memoriae prodi, qvenquam ex iis unquam sermonem cū altero sociasse. Si enim Satyri, propriè ita dicti, dantur? (qvod tamen solide probari nequit), bruta existunt, non homines; ast in brutis, sine dæmonis ope, facultas sermocinandi non datur. E. neque in Satyris (tt).

(n) Conf. Phys. Cur. Lib. III. c. IX. p. m. 441. seqq. (o) in Polyhist. c. XLIII. & XLIV. (p) Lib. VI. Nat. Hist. c. XXX. p. m. 106. & Lib. V. c. IIX. p. m. 76. (q) A Gellius Lib. IX. Noct. Attic. c. IV. Pompon. Mela Lib. III. c. XLIII. de fenu Persico, & Carmanie Populis. Pigafetta, Aldrovandus, Bontius, M. Paulus Venetus, & alii à Schotto l. c. fusè citati (r) l. c. c. III. p. m. 396. seq. cui consentit Plin. Lib. VI. c. XXX. p. 106. & alii ibidem citati (s) notandum hic est latius sumi vocem Theologiae, ita, ut quemcunq; de Deo sermonem denotet, licet non ex verbo revelato. Ita Poëtae qui carmina de Diis pangebant, eorumq; originem & res gestas, describebant, Theologi

verba

veteribus dicebantur : teste Lactantio Lib. de Ima Dei c. XII. Augustino Lib. XIX. de C. D. c. XIV. p. m. 361. Tom. II. In ipse Aristoteles Hesiodum, atq; Homerum hoc sensu θεολόγους, itemq; θεολόγος appellat, Lib. I. Met. c. III. sine dubio antiquosh. I. Poëtas intelligens. (ss) in vita S. Pauli primi Eremitæ c. VII. cit. Schotto l. c. p. 397. (t) Si vera sunt, quæ Sulpitius Severus memorat, de quæ refusè differit Del-Rio Lib. II. Disquis Magic. Qv. XIX. Sect. III. p. 394. seqq. edit. Mogunt. (tt) Alii aliam hic tueruntur sententiam utp. Voetius l. eories c. p. m. 752. Schottus item & Beermannus l. c. p. 375. qui Voetio adstipulatur, afferendo : ex coitu hominum cum brutis, simiis, capris, &c. talia monstra Satyrica orta esse ; verum eadem hic ratio valeat, quam S. V. p. 11. hujus Thavmat. dedimus.

S. XXIV. Restant Homines Marini, generali nomine ita indigitati, ad quos promiscue Tritones, Nereides, & Sirenes Physici pariter, ac Historici referunt : veram cum falsa Θαυματοθεολογία illico ausu confundentes. Ne itaq; errorem hunc cum iis communem erremus, ad statum controversiae rite in præsenti thavmat. formandum, prænotandum erit : Homines marinos à Nereidibus, Tritonibus, & Sirenibus accuratè esse distinguendos : Cum enim homines marini non tantum dici possint, qui sub aquis alicubi degunt, hancq; naturam longâ asvetudine induerunt, ita, ut extra hoc habitaculū vivere nequeant ; verum etiam qui super, vel in mari natando perpetuò versantur. De posteriori hoc genere, quod Θαυματοθεολογία varia variorum vult, affirmari posse, videtur. Quemadmodum enim ex hominibus aliqui (ut S. præced. docuimus) Sylvestres reperti sunt, qui in solitudine nati & educati, in sylvarum latibulis perpetuò oberrarunt, & hominibus exteris, utpote à plurium consortio remoti, immaniores & feriores fuerunt : ita etiam credibile est, ad littora matium natos aliquos, & educatos, qui à teneris statim ungivculis, longò marinorum aquarum contuberniò, salubrius ac delectabilius in mari, quam in continenti, vitam traduxerint. Atq; hos veros homines esse, vel fuisse, dubium non est. Nimis ulla comprobant hoc assertum nostrum varia exempla, ab authoribus allegata, quorum palmarium facile est, quod ex Kircheri Mundo Subterraneo (u) ipsius Celeb. viri stylo subjecimus : Tempore Friderici Regis, scribit, in Sicilia urinator fuit, nomine Nicolaus, quem à natandi peritia vulgo Pescocolam, i. e. pisces, nominabant. Hic continuo aquarum contubernio, ita naturam mutavit, ut amphibia, quam homini similior esset, ex crescente inter pedum digitos, in formam anseris, cartilagine, ad natandum necessariā, pulmoneq; ita diducto, ut AD INTEGRUM DIEM ad respirandum sufficientem aërem retineret.

retineret. *Hic aurea patera incitatus, charybdin jussu Regis exploravit, &c.*
 à cuius vorticibus exceptus, avaritiæ, & temeritatis suæ pœnas luit, prout id
 ipsum fusissimè describunt authores (uu) ad quos B. L. brevitati litantes, hu-
 manissimè ablegamus. Neq; est, ut quis dubitet, vix plura præter hoc unicū, no-
 bis ad manus esse exempla; Nam numerum eorum, vel ad denarium exten-
 dere, datum esset: nisi, quæ huc spectant, eruditè alii conquisivissent, ut
 quicquam addi posse dubitemus. Qvare, si ea, quæ attulerunt alii (w), nostra
 fecerimus, ne scilicet siccо pede ea prætereundo, hiatum committamus,
 plagii crimen deprecamur. Ex iisdem enim fontibus historicorum, omnes
 haurimus, & eruditioni nostræ consulimus. Mirum est quod *Facius* (ww)
 narrat, fuisse urinatorem quendam, qui ab obsecsis in arce Neopolitana ad
 Alphonsum Regem literas cerā oblitas, per aquam detulerit; eumq; non se-
 mel, sed secundo, & tertio ad Regem ivisse. Piscem eum credas fuisse,
 non hominem, nisi quod ultro citroq; literas tabellio detulerit. Mulieres
 lacum, unde Nilum oriri ferunt, inhabitantes, ut pisces maritima nando
 percurrende, docet *Franc. Alvarez* (x). Unde neq; id admiratione caret, quod de
 Ægyptiis referunt, (y) eos urinando deprædari, & per integrum diem sub
 aquis latentes, frequentissimè dicto modo nautas in spondā navis dormien-
 tes arreptos, inq; fundum delatos, vel vitā, vel vestitu spoliare. Plura non
 addimus: addent enim, quos citavimus, alii haud sublestæ fidei testes.
 Nulla hic difficultas, nisi ea, quā movet quæstio: *Qvomodo adducti urinatores hominesq; marini, sub aquis spiritum trahere, vel sine respiratione tantam moram perdurare potuerint?* Varii hic iterum diversa, nos pau-
 cis multa cumulabimus; Scilicet: Plurimum ad hanc thaymat. contulit
 consuetudo, quæ hoc in passu optimè altera natura dicitur. *Nam in quibusdam locis maritimis, inquit, Ludovicus Vives* (z) *homines maximopere dediti sunt natutui, cui exercitationi aescunt pueros suos, ut hi diutissime sub aquis durare possint.* *Filiī horum in aquis penè geniti, nati, educati, habitatione hujusmodi, non aliter delectantur, quam pisces.* H. J. Et de his
 non est dubium, eos naturales fuisse urinatores. Si enim per accidens fieri
 potuit, ut homines in aquas delapsi, ad aliquot dies sine respiratione vivere,
 & in siccum extracti, sanitati integræ restitui potuerunt (a): cuius rei causam
Celeb. Pechlinius (b) in peculiari tractatu eruditè explicavit; nil miri, si id
 per se faciat consuetudo, & quotidiana exercitatio. Neq; ignotum nobis
 est, ex artificiosis urinatoribus, quosdam, fistulā quadam urinatoriā; alios
 artificiali quadam campanā; vel aliā ingeniosa inventione, natandi mira-
 bilia promovisse (c). Prius quippe vel *Nob. Mandelsloh* confirmare potest
 (d) cu-

(d) cuius hæc, de unionum collectoribus, verba subjicimus : Wie sie (in insulâ Bahram) die Perlen fischen / ist der Bericht davon : Der Perlen-Fischer ver wahret das Haupt mit einer dicken Kappe/ woran ein langer Canal/ durch welchen er Lufft schöpft : damit aber die Röhre über Wasser bleibt/ wird daran ein Holz befestigt/ denn lässt sich der Fischer mit Steinen genugsam beschweret/ an einem Stricke Grund/ samlet in seinen Sack/ den er am halse trägt/ und wenn er wieder herauf will/ giebet er durch Zupfen am Stricke seinen Gesellen/ der mit einen Bothe über ihn hält/ ein Zeichen/ und wird also wieder herausgezogen. Posteriorius autem Celeb. Sturmiae

(e) in Collegio suo Curioso, iconismis appositis, sufficienter declarat. Imò ostendimus hoc Commititonibus nostris nuperrimè in Collegio Physico, ope Scyphi cuiusdam vitrei, (qvod experimentum qvilibet sumere potest) qvem erecto situ, seu perpendiculariter, aquæ immersum, qvoad internam cavitatem, siccum iterum extraximus : muscis qvibusdam vivis, scypho antea inclusis, sine aliquo humectationis periculo, avolantibus. Videamus tum resistentiam validissimam aquarum, aëri ipsas subituro ; & vicissim aëris intra scyphum conclusi, aquæ subingressura obstantis, testimonium, oculis nostris sumimus. Ex qvibus omnibus, probè ponderatis, observare in proclivi erat, commodè urinatorem sub hujusmodi campanâ commorari, adeoque munia sua, sine aquæ resistentis impedimento, mirabiliter obire posse. Sed hæc

(u) Tom. I. Lib. II. c. XV. p. m. 98. (uu) Vid. Alex. ab Alexandro Genial. Dier. Lib. II. c. XXI. p. 91. Erasm. Francisci im Sines: Lust-Garten p. m. 68. & Dn. Seligmannum in pecul. disp de èrudeglioç hominibus Anno 81. habita §. IV. ubi historia hujus veritas sic satis evincitur. (w) citati nimirum autores; qvibus addatur Merbizio de Nymphi. c. II. §. 2. seqq. (ww) Lib. VI. cit. Merbizio l. c. (x) c. CXXXV apud Kornmannum de Mirac. Vivorum p. m. 198. (y) vid. disp. de èrudeg. l. c. (z) Lib. II. de verit. fidei. (a) vide Francisci Überzug der Unter. Welt. p. m. 456. & Dn. Pechlinum mox citand. (b) De aëris & alimenti defectu, & de vita sub aquis edit Kilon. Anno 1676. p. m. 131. 133. seqq. Ubi plurima, ad hanc Thavmat. illustrandam facientia, evolvi poterunt (c) Nimirum, quidam oleo quodam usi sunt, cuius beneficio, auribus oblinitis, aquarum penetrationi occurrerunt, ut Francisci im Sines. Lust-Gart. p. m. 1246. memorat; Alii loricis, vitris, dolio, leberibus, alijsq; instrumentis usi sunt, de qvibus alii: nobis enim talia in praesenti indicasse sufficit. (d) in Seiner Reißbeschre. Lib. I. c. IIX. p. m. 30. (e) Tentamine I. p. m. 1. seqq. ex Georgii Sinclairi arte magnâ & nova gravit. & levit. lib. II. Dial. V.

§. XXV. At de his Marinis hominibus, sive potius cùm naturalibus, tūm artificialibus urinatoribus, ob rem hodie notissimam, & verissimo omnium eruditorum consensu suffultam, nulla nobis hoc in loco intercedit disputatio! Hoc enim tantummodo in qvæstionem venit: *Utrum in sensu præprimis Poëtico, marini homines, sive potius monstra, pīscis inferne; sive pernè verò hominis formam exhibentia: Tritones, Sirenes, Nereides, Nymphae, id est Wasser-Männer/ Wasser-Weiber/ Wasser-Nixen (f) communiter denominata, reperiāntur?* & sicubi reperiāntur, qvorsum illa referenda sint, utrum ad homines, vel Spectra, vel etiam bruta? Ut autem ordine Θαυματοθεωρίας hujus exactam habeamus cognitionem, primo loco de existentiā marinorum hujusmodi hominum, succinctè pro ingenii, chartæqve modulo, solliciti erimus. Offerunt sēcē hic nobis promiscue plurimi testes, ad ανθρώπια utplurimum provocantes. Primus ex illis (Poëtarum assensu præteritō,) esto C. Plinius (g): *Forma, inquit ille, Nereidum, falsa non est, squammis modo hispido corpore, etiam quā humanam effigiem habent.* Namque hæc in eodem spectata littore est, cuius morientis etiam gannitum tristem accolit audire longè. Et Divo Augusto Legatus Gallie complures in littore apparere exanimes Nereidas scripsit. Autbores habeo in Eqvestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem, rotu corpore absolutā similitudine: ascendere eum navis nocturnis temporibus, statimque degravari, quas insederit partes, & si diutius permaneat, etiam mergi H. J. Nimis prolixa sunt, qvæ Alex: ab Alexandro (h) apud Schottum (i) de his marinis hominibus differit, Theodorum scilicet Gazam, Nereidem, in littore fluctibus oppositam, adhuc viventem, facie decorā, venustā specie, inter gemitus & lacrymas, branchiis, & caudā paulatim humi ad aquas retantem, seque in mare cum gaudio præcipitantem, cum magnā adstantium testium turba, vidisse; unde ea hic diductius repetere non poterimus. Mirabilius paulò est, qvod alii referunt (k), in qvodam Hollandiae lacu Anno MCCCCIII. Nympham ē mari rejectam, Harleum delatam, cum nuda esset, vestibus induitam, ciborum usitatorum usum admisisse: imò fila ē colo ducere, rebus multis muliebri more obseqvi, Christo crucifixo genua flectere, & plurima alia admiranda, didicisse; nunquam tamen interim locutam, sed semper mutam fuisse. Consimilia ferè habet Ludovicus Vives, nervosè in praesentem casum scribens (l): ætate nostrâ apud Batavos Triton visus est à pluribus, qui etiam supra duos annos ibi detentus est: mutus erat, & jam incipiebat fari seu loqui, verum bis pestilentia ictus, in mare est præcipitatus, gaudens & exiliens H. J. Amplius ex

Enasm.

Erasm. Francisci (m) qui curiosissime hanc controversiam explicavit, non possumus, quin sequentia, (quamvis aliquantum prolixiora, scopo tamen nostro accomodatissima) vernacula nostrâ apponamus : Im Jahr 1619. seynd im Maij-Monath / von damals Regierender Kön. Maj. in Drenthe / Reichs-Räte / mit Nahmen Wolff Rosenspari / und Christian Holck / als Gesandte / in Norwegen geschicket worden / einem Land-Tag daselbst zu halten / wie auch sonstien allerley Königliche Geschäfte zuverrichten : welche sich denn nebst ihren Volk / auf einen grossen Königl. Orlog-oder Kriegs-Schiff / nebst Bootshülff / auf die Reise begeben. Und als sie nach Vollendung ihrer Geschäfte wieder zurück / nach Ropene-hagen gesegelt / und ohngefehr auf halber Reise / an einem schönen hellen Tage / die Gesandten auf des Schiffs Gallerien / ihr Volk aber auf dem obersten Überlauff spa- gieret / und hinunter unter das Wasser geschen / da das Meer schön / lauter / und klar gewesen : haben sie ohngefehr tieff im Wasser einen Mann geschen / der gleichsam un- ter jeden Arm ein Bünd Stroh truge / und gieng auf der Gassen wie in einer Stadt / darob sie sich verwundert / und alsobald zu räht worden / des Schiffs Boot auf das Wasser zu setzen / in welches ihrer fünf Boots-Leute sampt dem Schiffer gestiegen / und alsobald den kleinen Werf-Acker / mit einem angehengten Schweinen-Schüncken vom Schiff hinunter gelassen / so tieff / daß gemeldeter Meer-Mann denselben sehen / und ergreissen können. Welcher sich stracks darauff geschwungen / den Schüncken er- fess / und ablösen wollen. Als die Boots-Leute mit dem Schiffer dasselbe ersehen / haben sie nicht unbehend solchen Meer-Mann / mit ihren Schiff-Haaken / unter dem Wasser ümbfangen / hinauff gezogen / und mit großer Geschwindigkeit in des Schiffs-Boot / und aus demselben in das Schiff gebracht. Da er denn auf dem Überlauff des Schiffs eine geraume Zeit gelegen / sich bewegt / und gewunden / als ein Fisch / aber keine Sprache / noch Stimme von sich gegeben. Als er nun mit Zapfern und Wütern sich ermüdet / ist er ledlich so stille gelegen / als ob er tott wäre. Seine Gestalt war gleich wie eines andern Menschen / mit einem langen Haar bis an die Achseln / des- gleichen der ganze Leib mit Haar überzogen / wie die Haut von Meerhunden. Alle seine Gliedmassen waren mit Haut und Fleisch / nicht anders / als eines natürlichen Menschen. Es hat ihn auch niemand anders / als für einen natürlichen Menschen halten können. Et paulo post, cum Legati Regii cum comitatu suo Dei omnipotentiam supplici admiratione venerarentur, in hac verba vir marinus sese effudit : Ja ! wenn du es so wol wütest / als ichs weiß : würdest du erst sagen / daß Er ein wunderbarer Gott wäre / daß auch vielmehr wunderliche Creaturen im Was- ser und unter der Erden / denn oben auf der Erden sich befinden. Und so ihr mich nicht zur Stunde werdet in das Wasser sezen / soll weder Schiff noch Gut von euch zu Lande kommen. Quidam auditis, Legati eum pristino habitaculo aqueo, reddi cura- runt. Idem prælaudatus author, alibi (n) nobis sequentia communicat :

Kurz ehe die Festung Formosa übergangen / ward man in dem Wasser vor der Festung / eines Mannes ansichtig / der dreymahl nacheinander sich aus der See erhoben. Und nach Mittag / ließ sich unter dem Völkercke Hollandia ein Meer-Weib mit gelb-langen Haaren sehen / die gleichsals dreymahl nacheinander sich aus dem Wasser

Herbor gethan. Hujusmodi plura alia apud citatum authorem (o) reperiet B. L. quem proinde haud gravatim conferre, seq; de veritate præsentis controversiæ certissimum reddere poterit. Excipiat eum *Olaus M.* (p) qvitam rem, extra omnem dubitationem positam, refert, monstra reperiuntur piscium, formâ humanâ, qvæ si capta, non statim reddantur libertati, processas moveant. Imò ululatus, lamentaq; exaudiri similium bestiarum, qvæ in certum periculum pescatores ac nautas adducant. Confirmat eadem Capitaneus *Johannes Smidt* in Navigatione Anni M DC XIV. prout id ex *Stengelio & Ludov. Gottfriedt.* prolixè repetit *Schottus* (q), *Ursinus* (r) & alii, qui hanc controversiam tractant. Testantur, inquam, hoc, XIV. oculari testes, qui non ita pridem Anno nimurum M DC LXIX. circa Haffniam, mulierem hujusmodi marinam pisciformem, observarunt, & panis frustō oblatō, amoenissimè lusitantem, summā admiratione spectarunt (s). Adstipulatur illis *Kircherus* (t) in egregio illo de arte Magneticâ, opere, ex orali relatione *P. Didaci Bombadilla*, Philippinarum insularum Procuratore, atq; teste oculato: de Nymphâ qvadam nos informans, qvæ viva, corpori humano vivo admota, sanguinem istius attraxit. Nec dissentit à nostra sententia *Celeb. Anatomicus Thomas Bartholinus* (u) cui *Job. de Laet. Medicus Belgicus* manus, & costas hujuscemodi mulieris donavit, qvasq; vir prælaudatus describit. Conspirat porrò nobiscum *Petræns* (w), qui citante *Zeilero* (x) relatum refert, in Moschoviâ in aquâ Tachnim, circa Lucomoriam, pisces, capite, oculis, naso, ore, manibus, pedibus, aliisq; membris hominis formam exhibentes; sermone autem atq; omni ratione carentes, à Russis non tantummodo capi; verùm etiam mensæ appositos in delitiis haberí. Neq; tandem dissentunt infiniti alii, qvos adducere possemus testes, ni festinanti potius calamo foret indulgendum (y).

(f) *Nominum ratio ex obviis passim repeti poterit Lexicis.* Nos per Tritones intelligimus: virum, sive hominem marinum, (liceat hoc nomine, qvamvis equivocè uti) à superiori parte ad umbilicum usq;, hominem; ab umbilico verò ad caudam, pescem referentem. Per Sirenes & Nereides, itemq; Nymphas, denotamus monstra supernè mulieris; infernè piscis speciem referentia. Alii hæc distinguunt, alii confundunt: dummodo verò distinctio inter Tritones, & Sirenes in mari apparentes; & in stagnis, fontibus, piscinis, sese exhibentes, probè attendatur: difficultati facile confunditur. (g) Lib. IX. c. V. Nat. Hist. p. m. 166. (h) Lib. III. Gen. Dierum c. IIX. (i) Lib. III. Phys. Cur. c. IV. p. m. 407. (k) utp. Jonstonus, Thaumatol. Classe X. c. V. Artic. IX. Libavius apud Ursinum, in Accrâ Philol. Lib. III.

p. m.

p. m. 257. Lud. Gottfried. Parte VI. der Historischen Chroniken f. m. 846.
 (l) Lib. II. de verit. fid. Christ. adductus à Merbizio l. c. c. V. §. 3. (m) in roties cit. Sines. Lust- und Staats-Garten / p. m. 1416. ubi idem author
 id, quod Bartholinus Cent. II. c. XV. Hist. Anat. de muliere qvadam marinâ
 adduxit: ipsam captam atq; ex communi relatione, humana negotia tra-
 stare, loqui, & futura prædicere observatam, ad hanc relationem, de viro
 marino refert, cui à vulgo, confusione addictissimo, aliquid additum, ali-
 quid verò detractum putat. (n) im Überzug der Unter-Welt p. m. 1280.
 ex relatione Albrecht Herpots p. 56. seiner Ind. Reiß-Beschreibung.
 (o) l. c. des Sines. Lust. Gart. à p. m. 1412. ad 1419. (p) Lib. XXI. Hist.
 Septentr. in proœm. & c. I. cit. Schotto L. c. p. m. 395. (q) l. c. p. 408. (r) l. c.
 pag. 252. (s) Conf. den Schauplatz des Krieges / auffgerichtet in den
 Vereinigten Niederlanden p. 119, qvam historiam & Merbiziū l. c. ad-
 ducit. (t) Lib. III. part. VI. p. 531. infol. (u) Hist. Anat. Cent. II. Hisp. XI.
 (w) in der Moscovitischen Chronick p. 88. (x) Apud Francisci l. c. p. 1416;
 fides interim in hac ultimâ relatione sit penes authorem.

§. XXVI. Exemplis hisce pro instituti nostri ratione adductis, vix à
 nobis impetrare possumus, qvin descriptionem Sirenum, atq; Nympharum
 stylo Celeb. Schotti (y) hoc loco subjungamus; ita autem illæ: Cerne caput
 bujus fæmelleæ, longâ qvadam cæsarie, at minimè pilosâ, sed in cirros qvos-
 dam carnosos & pulposos distentâ, vestitum. Vides faciem qvidem pul-
 chram, oculorum vivacitate decoram, & blandam; sed qui ad decoris comple-
 mentum unicè desiderabatur, naso, destitutam? Cernisne brachia, solitis
 hominum longiora, manusq; non in digitos, more humano discretas; sed ad
 instar pedum anserinorum, cartilagine interceptas, ad natandum à naturâ sic
 constitutas? Apice rotundas & tumidas mammillas, qvam candore niveo
 venter, pectusq; niteant, qvanto splendore coruscant; sed ea, qvam pellem
 putas, illa nihil aliud est, qvam candidissimis, minutissimisq; squamulis con-
 textum naturæ opus, quod, uti in omnibus aliis piscibus, eximio nitore resulget.
 H. J. Similia ferè loco dicto, de marino homine eloquitur; nisi, quod hunc
 barbâ qvadam ridiculâ, & plurimis facie oppleta rugis ad differentiam mu-
 lieris, notatum, egregie describat. Sed qvorum hæc? cur tam copiosè re-
 petita, repetimus? Nullum sanè alium in finem id factum à nobis esse, judi-
 cabis B. L. qvam ut his ipsis verbis, haud obscurè insinuemus, quid de hæc
 Θαυματορεσ्यα hæc tenus allatâ, sit sentiendum. Nimirum, dantur
 qvidam, ne dicam inter plebejos; Verum decantatae etiam eruditio[n]is Scri-
 ptores, haud pauci, qui Tritones, Sirenes, aliosq; & qvivocè sic dictos. *beni-*
mes

nes marinos, non ad Pisces hominiformes; sed ad veros potius, eosq; es-
sentiales homines referre, haud verentur. Ex his *Theophrastus* (z) eos ho-
mines feros, *Lud. Vives* (a) verò à terrigenis prognatos, qui continentis
pertæsi, in aquis vivere consuevissent; ille ex crassissima ignorantia: hic verò
ex nimia credulitate, appellitare haud dubitant. At jam alibi diximus, ho-
mini terram; non verò aquam, ad habitandum esse assignatam. Imò
ipsam hominis naturam atq; constitutionem reclamare quasi, & contubernio
huic repugnare. Et si illud in quibusdam individuis contra naturam ob-
servatum esset, quod non negamus; absurdum tamen foret dictu: homi-
nem aqueo huic elemento in excessu deditissimum, omnem linguae usum
perdere posse. Absurdissimum, inquam, eum continuò sub aquis vivere
posse, cum respiratione indigeat; quæ tamen sub aquis non datur. Neq;
ignoramus causam, ansamq; quibus *Lud. Vives* motus, in hanc sententiam,
paulò absconam, descenderit: imposuit enim illi §. XXIV. descriptus ex
Kirchero Piscicola, quem cum reliquis ita dictis hominibus, vel potius,
piscibus marinis, liberaliter confudit. Hoc enim colligimus ex hisce ejus
verbis, in quæ, posteaquam, ut eadem §. audivimus, de hominibus natatu-
deditissimis differuerisset, hunc in modum solvit: *Raphael Volaterranus re-*
fert, fuisse in Apulia ab hinc annis ducentis, juvenem quendam, asvetum ab
infantia in mari agere. Itaque inter marinas bellugas complures dies versa-
batur & continuabat illæsus: haud aliter, quam si una esset ex eis, pe-
netrabat maris intima & remotissima, revertebatur sapè ad littus, & nautas
de futuris tempestatibus præmonebat. Nicolaus prius dicebatur; postea Co-
lapiscus, quasi Nicolaus Piscis. H. J. Imò, si Erasmo Francisci l. c. creditus,
certum erit, plurimos authores occasione hujus Piscicole seductos esse, ad
eoq; pisces tales hominiformes, cum veris hominibus, habitationem in
aquis adamantibus, temerè confudisse. Tutius, nî fallor, nos procedi-
mus, dum neq; Tritones, neq; Sirenes, de quibus hoc loco disputamus veros
homines; sed vel pisces, vel spectra fuisse, intrepide assertimus. Novimus
enim inter hominem propriæ sic dictum, & monstrum aliquod, figuram ho-
minis referens, maximam intercedere differentiam. Etsi enim in mari
aqvatilia quædam inventa sint, quæ parte præsertim superiori hominis ef-
figiem exhibuerunt; pro veris tamen, proprieq; sic dictis hominibus, ha-
beri haud debent. Nam consimili propemodum modo in terrâ, ex anima-
libus quædam reperiuntur, quæ figura externâ hominem mentiuntur. De
sumis sanè vix dubitare licet, imprimis de cercopithecis, quod quoad cor-
poris constitutionem, aliquam hominis similitudinem præ se ferre videan-
tur;

tus: Ne dicām scriptores, qvi Physiognomiam & in primis metoposcopiam tractarunt, similitudinem aliquam partium faciei humanae, cum compluribus brutis demonstrare (b), adeoq; ex hominum ingeniis, cum brutorum moribus collatis, inclinationem animi dijudicare velle. Qvis autem exinde argumentum duxerit, cercopithacos, vel alia animalia, qvocunq; modo hominis externam figuram referentia, confessim homines esse? Neq; est, ut qvis objiciat: *Nympham illam Harlemi captam, ad minimum in hominum catalogum referendam esse*, cum crucis figuram formare, genua flectere, muliebris negotia tractare, humanasq; actiones plurimas edere, (ut audivimus,) fuerit conspecta. Nam crucis signum & simia, itemq; Cercopitheci, aliaq; animalia formare, in admiraliora paulo præstare possunt, ad hominis actiones proximè accedentia. Vid. modo Erasm. Franc. (c) in Curiosis Relationibus, qvi simiarum stupendas actiones prolixius describit. Itemq;ve Schotus, qvi inter alia, aderat, inquit, inter milites Hanana, dum luderent, simius observabat illum, qvi plus lucraretur, hærebatq; ejus lateri, donec collarium largiretur, pro more. Si nolebat, pugnis simius cædebat: si donabat, statim ad tabernam convolabat, & manu acceptum vas porrigebat vendenti vinum, ut sibi infunderet, coronato calice tunc ebibebat, mox solvebat pretium, colludio tradito, & recedebat; qvod si excederet pretium colludii, expectabat, ut rursus vendor infunderet merum, qvod bis, aut ter repetebat, pro valore argenti H. J. (d). Neq; prætereundum, qvod Illustris Digbeus (e) de vulpium prudentia adducit; cane enim à tergo pressam aliquando vulpeculam, vivarium ingressam esse, ubi dentibus se inter occisorum animalium cadavera suspendit, donec à canibus, locum illum prætereuntibus, amitteretur. Nolumus hic copiosas cumulare, qvæ (si exemplum illud de homine marino fari incipiente, ex testimonio Lud. Vivis §. XXV. adducto, fortean urgere volueris) de avibus garrientibus, utpote de tribus lusciniis apud Gesnerum; (fides tamen penes eum esto!) interdu peracta, distincto sermone Germanico, sibi nocturno tempore enarrantibus; qvæq; de avibus literigerulis, passim circumferuntur (f); id tantummodo, ut maximè curiosum, hoc loco repetimus, qvod idem Gesnerus de Psittaco qvodā refert, *Hic ex arce in aquam deciderat Londini in Anglia, & subinde clamabat: à bott, à bott, fort Wentii pouund, id est, cimbam cimbam, pro viginti libris, qvod promitteret totidem libras servatori suo. Venit cum cimba quidam, & liberavit, & petiit promissum munus, Rex Henricus II. respondit se tantum daturum, si avis adhuc semel illud confirmaret: Avis tunc respondit in hunc modum: Gibe the Knabe à grott. hoc est, da nebuloni solidum.* H. J. Qvæ omnia abundè evincunt, non abs

externâ solū formâ, neq; qvibusdam actionibus, imò neq; à qvibusdam verbis, garritu qvodam, sine ratione, ex phantasia prolatis; sed ex solâ ratione, ejusq; usu, hominis essentiam estimandam esse. Qvamvis adhuc constanter negemus, præsertim si descriptionem Schotti in principio hujus §. adductam, conferre velimus, Sirenum, & hominū externam figuram, haud adeò accuratè, qvemadmodum fortean fingunt authores, secum convenire. Benè itaq; de muliere hac Lud. Vivis accuratissimus Voëtius (g), Facile id (exemplum) admitto; modò liceat mibi dubitare de formâ, qvam fingunt, & pingunt totam humanam, adeò ut nihil piscis videatur referre; modò etiam liceat explodere, tanquam fabellam sui seculi, qvicquid attexunt de muliebris muneribus à pīscē illo, fēminā, per actis, & humana cobabitatione cum mulieribus, aliisq; rationis humanae operibus (qvamvis rationis usū destitueretur), & insecura sepultura Christiana, (ut vulgo loqui solent) in cemiterio: quod signa religiosis edidisset, inter alia crucem honorasset. H.J. Cui lubentissimi adstipulamur: hanc mulierem, (liceat ita loqui) aliaq; hujusmodi monstra hominiformia, in mari vīsa, sermonisq; expertia, in pīscium marinorum catalogum, haud fluctuante judicio, constantissimè referentes.

(y) Itinerar. Extrat. Itin. II. Dial. III. c. I. que verba ejus Merbiziūs qvoḡ l.c. adducit. (z) Lib. de Nymphis p. 186. qvi non aliam inter homines differentiam agnoscit, quam que suem & aprum intercedit. Nemo interim de hoc ecce agyrtā benè sentit ex scriptoribus. (a) l.c. Lib. II. de verit. Fid. p. 125. (b) vid. disp. Joh. Mulleri de quest. utrum ex facie hominis, de animi inclinacione judicium ferre liceat. Witteb. 1676. habitam. (c) Parte I. der lustigen Schaubühne allerh. Curiositäten p. m. 105. qvi b. l. Schottum mox cit. nimium imitatus est. (d) Phys. Cur. Lib. IX. c. XXII. p. m. 985. & c. LXX. p. 1086. (e) de Natura Corporum Tr. I. c. XXXVI. §. III. p. m. 397. ubi plures mirabiles brutorum actiones explicantur. (f) vid. Frantzii Hist. An. Sac. c. XV. p. m. 468. Camerar. Hor. subcifru. Cent. I. c. LXXVII. Ælianuſ Lib. VI. c. VII. de Animal. (g) volum. I. disp. de Creat. parte IX. p. m. 746.

§. XXVII. Verū qvod hactenus de hominib; itemq; pīscibus marinis dictum est, non videtur tollere controversiam, qvæ, de fluviorum & stagnorum incolis, (qvos in Deorum censum superstitionis Antiquitas, varia sibi numina in coelo, terrâ, aquâ, aëre (h) habitantia, fingendo, retulit) adhuc dum, ad falsam hanc Θαυματορεγίαν solide explicandam, restat. Nimirum, dari Nymphas & Tritones, in lacubus, pīscinis, fontibus, fluviis, aliisq; his similibus aquis, à marinis distinctis, plurimi authores obtrudere nobis haud verentur (i). Imò testatur Henr. Kornm. (k) suo tempore Jenæ Tyrigetarum, aliquot

aliquot Najades & Nymphas, vesperi in Sala ludere, & quasi tripudiare visas fuisse, donec subseqente die nobilis Juvenis quidam, frigida se lavans, fuerit subreptus, & suffocatus. Creduntur enim haec monstra aquas inhabitare, in ea- runderemq; superficie, ad decipiendum & submergendum homines, res pretio- sas ostentare: interdum etiam iis relicta, hominum congregatiōnē in urbibus, vel aliis locis, se ē immiscere. Ex omnibus aliis hujus rei testibus, unum *Alexan- drū ab Alex.* (l) adducere suffecerit. Refert ille in Epiro, ad fontem jugis aquae, Tritonem, mulierem quādam aquatum ventitantem, non tantum observasse, sed etiam solam eam, tacitis insidiis vī compressam, & concubitus causā arre- ptam, sub undas deferre consuevit; donec aliquando dolō captus, cum cibō abstineret, squalore ac tædio ad extremam usque tabem pervenerit. Quidquid autem horum exemplorum fuerit; lubrico tamen admodum ni- tuntur fundamento, cūm nō ē imprimis adhuc in dubio sit, & credu- lum vulgi genus, ad assentiendum fabulis, haud difficulter inducatur. Et si quād maximē res ita se ē haberet, adeoq; Tritones vel Nymphæ hujuscē- modi ex stagnis, atq; fluviis egredi, & ad ea ēse recipere, hominesq; non tantum comprimere; verū etiam submergere, deprehenderentur: Ex *Platonicā* tamen *Philosophiā* maximē probabilis hujus negotii ratio reddi posset. Faciebat enim illa, pro numero elementorum, eorumq; differen- tiā, discrepantes spiritus, sive Dæmones, quos in variis, tanquam conveni- entibus sibi sedibus, collocabat, ita ut aliquos igneos & terrestres, aliquos aqueos, & aëreos constitueret. De prioribus h. l. non erimus solliciti; Posteriorum autem existentiam confirmat *Marsilius Ficinus* (m) Comm. in Plotini opp. *Sic it aḡ*, inquit, *Dæmones*, quātum spectat ad præsens, dispo- nere libet. *Ætherei dæmones*, aërem cōlentes sublimiorē, cœlestia magis, quam terrena contemplantur ostenta; aquei vero dæmones aërem, scilicet insimum, habitantes, ex nostris magis, quam ex cœlestibus rebus argumenta venantur. H. J. Ex his dæmonibus in genere alios bonos, alios malos facie- bant, quod *Porphyrium* fecisse, itemq; *Plutarchum*, *Homerum*, & *Hesiodum* luculenter testatur *Eusebius* (u). Uti igitur à bonis, bonum: ita contrā malis malum, in homines derivabatur, unde mali præsertim variis modis iudicare, ex Platonicorum, veterumq; Philosophorum sententiā, crede- bantur homines; aërei in aere, aquei in aquis. Ex horum postremorum censu erant *Tritones*, sive *Nereides*, qui humanā aliquā specie hominibus impone- bant, eorumq; ē submersionem, omni studio promovere allaborabant. Testatur hoc *Rhodiginus* (o) qui, posteaquam de multiplici dæmonum ge- nere, aëreo scilicet, igneo, terreo, & aqveo differuerisset, de priori haec sub- jicit:

jicit : *Aqueos dæmonas in Perside , atq; Africa , visitari præcipue , Zoroaster existimat : Eos Nereidas vocavit Orpheus ; adjicit tamen Porphyrius , illos dæmonas solum videri , in quibus præter aquæ vaporem (putabant enim Ethnici , dæmones corpora habere , media , inter terrenam , & aëream natu-ram , unde Hesiodus eos ἡέας ἐστομένας , i. e. aëre indutos , vocitat : à quâ sententia quidam etiam Augustinum (p) non prorsus liberum esse putant ,) ignis abundet , idq; in Oriente contingere , atq; meridie ; Glaucum esse mari-num dæmona , Graci scribunt Sc. H. J. Vix itaq; negari poterit , quin hujus-modi spectra Diabolica subinde in aquis fuerint visa , quæ pro veris homini-bus , ab Ethnicis cœcis , plebe item hodie rudiori , falsissimè habentur : No-bis enim vel absq; Philosophiā hac Platonicā constat Spiritus cum bonos , tūn malos corpora interdum humana assumpsisse , hominesq; hāc specie lu-dificāt̄. Unde non possumus , quin veritatis sceptrā hoc loco veneremur , totamq; hanc controversiam de θεωρίᾳ τηρητορίᾳ circa vita genus , & in specie Habitationem hominis , his conclusionibus , obsignemus : Omnem Nympham , Nereida , itemq; Tritonem extra aquas marinas , in fontibus , la-cubus , fluviis , atq; piscinis apparentem , ESSE SPECTRUM DIABOLI-CUM ; Qyoddam vero monstrum in Mari visum , hominiforme , ad pescem verò proprius accedens , ratione autem & sermone destitutum , ESSE PL-SCEM. Qvibus conclusionibus duabus , allatis supra , aliisq; plurimis ex-emplis applicatis , qvicquid est difficultatis , exhaustiri posse , speramus ; id tantum in specie addentes : Virum illum §. XXV. abs Erasm. Francisci de-scriptum , & à Legatis Danicis in Norwegia visum , diabolum in assumpto corpore indubitat̄ extitisse .*

(h) vide hac de re Seldenum , de Dīs Syris Synt. II.c. III. Vossium Idololatri. Lib. IV.c. VI. collat. cum Lib. III.c. C. Coel. Rhodiginum Lib.I. Antiq. Lect. c. XXVI. p. m. 27. edit. antiqu. Frob. (i) nolumus enim hæc repetere , quæ Merbiziūs allegatus b. l. disputat , qvilibet eum evolvere poterit. (k) de Mira-culis Mort. part. VI.c. II.(l) Lib. III.Gen.Dier.c. IIX. quem locum etiam Schot-tus l. c.p. 402. prolixioribus allegat. (m) comm. in Enn. III.Lib. III.Plotini fol. 221. edit. Basil.(n) Lib. IV. de prepar. Evangel. c. II. item Lud. Vives in notis ad Lib. IX. de C. D. Augustini c.l.p.m. 517. Tomo. I. qvanquam hic inter Platonem & affectas adhuc sit dissensus : ille enim omnes Deos , sive Dæmonas bonos esse dixit ; verum hæc nihil ad nos ! (o) l. c. p. 27. (p) vide Rhodiginum l. c. appellat enim ille dæmones , aërea animalia c. XV. super Genesim , qvanquam Rhodiginus putet Augustinum hæc ex aliorum sententiâ dixisse . Videane id alii , nobis enim festinandum fuit !

§. XXIX.

§. XXIX. At hæc de hominibus Marinis, atq; de *Tharmanthropot.*
circa habitationem hominis occurrente, sufficient! Plura enim properante
tempore, de elegantissima hæc controversia, non licet deproperare. Ante-
quam autem methodo nostra imperante, ad Θαυματουργούς, qvæ
ratione mortis latissimum differendi campum pandit, pedem promoteamus:
de Longævis discursum qvendam in brevissimas lineas contrahemus. Scili-
cet, mirandum prorsus est, hominem cum homine comparatum, vel in diver-
sis ac separatis admodum, vel in iisdem locis, diutiùs p̄ altero vitæ fila du-
cere, ac serius eadem (de naturali, non autem violenta morte, hic loquimur)
rumpere. Præterimus hoc loco ea exempla, qvæ de Ante- & post-Diluvia-
nis, sacra Historia copiose exhibet, ea tantummodo adducentes, qvæ profani
Scriptores, recentiorum potissimum seculorum, de variis Gentibus sugge-
runt: Gentibus inqvam; de qvibusdam enim individuis, nullum amplius
existit dubium (a). Nostrum eqvidem esset, repetere in præsentia, qvæ Pli-
nius (b) variis in locis de Gentibus *Cyrnis*, *Indis*, *Arcadibus*, aliisque adducit:
nisi penitus constaret, haud paucos, eximia eruditio Viros, partim annos
lunares, partim solares, hoc loco intelligere (c); qvod tamen Autoribus suis
relinquimus. Id autem convenientius huc trahitur, qvod Cl. Meibomius (d)
memoria prodit: In Insula Taprobana Onor, in Reamâ Felicis Arabie urbe
homines ultra CXX. annos vivere. De Sinarum, pergit, regione admodum
constans fama est, homines multò ibi longæviores esse, quam in reliquis Asia
provinciis, ita, ut etarem attingant multi CC. annorum. De Hybernis Borea-
libus, Insularumq; Arcadicarum incolis, constanter refertur, illos admodum
vivaces esse, adeò, ut ad tedium usq; vivant, mortemq; æqvè consequantur,
nisi inde in alia loca transferantur. H. J. In Brasilia, Schotto (f) teste, in Ter-
ra Verzino, vivere homines annis CXL, comperit Antonius Pigafetta: ut
alios, nec numero, nec autoritate contemnendos, hoc loco prætereamus.
Stupendum, dummodo satis verum, est, qvod de duobus Testibus Vivis Passio-
nis Dominicæ, adhuc inter nos commorantibus, passim mussitant Docti, de
qvibus videndus est Scriptor quidam anonymous in Tract. cui Titulus: Rela-
tion oder furher Bericht von zweyhen Zeugen des Leidens unsers geliebten
Heilandes IESU Christi &c. Alter ex illis Gentilis, nomine Cartaphilus,
post baptismum autem, ab Anania suscepimus, Josephus dictus (g); alter vero
Iudæus, ante baptismum Abaserus, post illum autem Buttadeus, qui Hie-
rosolymis calcearium egit, appellatus (h) est dicitur. Ille à Patricio qvodam
Veneto, aliisque (i) haud paucis hoc seculo; Hic vero Anno M D XLVII.
Hamburgi à Dno. D. von Eizell/Episcopo qvondam Slesvicensi (k), visus est:

Anno M DC I. Lubecensibus, Anno M DC XVI. Livonis ac Polonis, itemque Regiomontanis, Gedanensibus atque Rostochiensibus, adfuisse creditur. Nos, Autoribus suis, tam affirmativam (l), quam negativam (m) hujus historiarum remittentes, rem in medio relinquitur: quamvis cum Evangelistis ac Apostolis, vel minima circa passionem CHRISTI acta, consignantibus, Ecclesia item prisca Patribus omnibus: tum etiam famigeratissimis quibuscunque historicis, hanc relationem, eruditam fortasse ignorantiam, prætereuntibus, potiorem hoc in negotio fidem habendam esse, videatur quam verisimum. Quando autem ad priores nostros Longævos revertimur, causas longævitatis eorum Physicas, in sequentia redigere capita, vix erit difficile. Prævire Posnerus (u) ac Sebottus (o), ex quibus, si in lineam ducantur eorum sententiæ, præter calidi innati virtutem, debitam & vegetam à natura corporis humani constitutionem, benè temperatum clima, & aëris in illa regione salubritatem; vicissim item cautam rationem, corporis in rerum utilium applicatione consistentem cultum, voluptatum omnium Epicureorum (p) de testationem atque fugam: haud parum, ad vitam longissimo ævo colendam ac extendendam conferre, eamque non modo productorem, sed etiam beatorem, omnino reddere, haud difficulter licet hariolari.

- (a) Conf. Cl. Posnerum de Longævitate Hom. §. IIIX. XV. seqq. ubi plur. lectio ne dignissima, reperiuntur; Cui additum Schottum Phys. Cur. Lib. III. c. XV. p. m. 473. seqq. Franc. Bacon. de Verulamio Hist. Vita & Mort. p. 147. §. XIX. seqq. & p. 158. §. XX. seq. alioq; pluribus locis hujus Tractatus. Meibomium Ep. de Longæv. p. 11. (b) Vid. Lib. VII. c. II. p. m. 112 & c. XLIX. p. 129. H.N. (c) Meibom. l. c. p. 7. 8. & Posner l. c. §. XII. (d) l. c. p. 6. & 7. (f) l. c. 475. (g) Vid. Matthæus Paris in Hist. Anglic. p. 339. apud D. Nieman. de Duob. Test. Pass. Dom. c. II. §. III. itemq; Hottinger in H. E. part. III. p. 540. (h) Vide Niem. l. c. §. V. alioq; mox cit. (i) Niem. §. IV. (k) Conf. Zeilerus Part. II. Ep. 507. p. 700. seqq. Thomas Bartholinus Hist. Obs. Med. Phys. Cent. V. Hist. XXIX. p. 47. Quibus ad stipulantur: Rudolphus Botereus Gallus, in Histor. l. XI. p. 385. edit. Francof. Libavius Pmx. Alchym. p. 291. (l) Hanc tuerit Nieman. l. c. cum pluribus aliis allegatis. (m) eam defendunt: Hottinger. l. c. p. 587. Helduaderus in Sylvæ Chronol. Circuli Baltici part. II. p. 271. & Posnerus l. c. §. XXIII. (n) l. c. à §. XXV. per totum. (o) l. c. (p) Ambigitur à Doctis: Ulrum Epicurus Philosophus, cuius vitam Diogenes Laertius Lib. X. de Vit. Phil. Hornius Hist. Phil. lib. III. c. XVII, alioq; descriptam dederunt, èudæquorū in foeda corporis voluptate posuerit, nec ne? Quidam id Affirmant: ut Cicero lib. III.

Tusc.

Tusc. Qv. n. XIIIX. & Lib. I. de Nat. Deor. n. XL. Athenæus Lib. XII.
 Dipnosoph. cum Nat. Casaub. Lugdun. Ed. p. 546. Irenæus Lib. II. aduersus
 Hæres. c. LIX. & Lib. III. c. XLI. Lactantius Lib. de Falsa Sap. c. XVII.
 Augustinus Lib. de Epicureis & Stoic. c. IV. Pererius Lib. IV. de Antiqu.
 Phil. c. IV. p. 228. & alii. Quidam Negant, ut Lucretius Lib. III. Cassius in
 Ep. Cicer. ad Fam. Lib. XV. Ep. XIX. & plurimi citati à Vernulæo Instit.
 Moral. Lib. I. Tit. III. p. 52. 53. Tertull. Lib. V. de Pallio & Apolog. c. XXXIX.
 Svidâ in Voce ἡδονή: imprimis videatur ipse Epicurus in Epist. tribus
 apud Laërt. l. c. p. 791. seqq. exstantibus. Addatur Seneca Epist. XXIX.
 XXV. VII. XII. XIII. præter plurimos recentiores, quos ne quidem adducere
 placet; & certum erit, male id Epicuro Præceptoris imputari, quod
 Discipulorum scil. Epicureorum fuit. *Hec ὡς τοι μερόω!*

S. XXIX. Quamvis autem ubique omnibus, continua quædam hi-
 laritate, ad plurimas seculorum longinquitates liceret vigere: Tamen ta-
 men singulorum longævitæ hæc lege unicè absolveretur: *Omnibus morien-
 dum!* Nil equidem magis solitum, nil æque commune, quam ipsa mors:
 insolita tamen & admiranda prorsus sunt, quæ mortem aliquando præuent,
 aliquando conseqvuntur; adeò ut varia inde Scriptoribus Θαυματηρο-
 γίαιas suppeditetur ansa, quæ neque in hac nostra tractatione, sicco pede
 erit prætereunda. Quæ mortem præuent tam mirabilia, tam varia, tam
 multiplicia sunt, ut neq; humani ingenii viribus penetrari, neq; hoc calamo
 exponi, nedum hisce pagellis exiguis absolvi possint. Proinde tutius merca-
 bimur, si Thavmat. Hujus curiosum inquisitorem, ad varios Historicos, hanc
 rem tractantes, imprimis Henrici Kornmanni de Mirac. Mort. Tract. officiosè
 remittamus; ibi enim haud vulgaria, ac passim obvia, neq; prorsus pauca,
 sed admiranda, & singularia plurima, exquisitiùs in compendium redacta, re-
 periet. Et, ut speciminis loco, in quædam tantum digitum intendamus:
*Præivere mortem quorundam hominum modò subita tristitia, modò insolita
 lætitia, modò risus, modò amor lascivus, modò aliud aliquid (q), vio-
 lentæ mortis indicium atque causam manifestissimè præbens.* Auditi sunt
 quidam moribundi vaticinantes (r), in quorum Catalogum etiam Johannes Huff Bohemus, Constantiae Anno MCCCC XV. d. IIX. Julii crema-
 tus, referendus est, qui de B. Lutherô nostro, Angelo illo apocalypticō (s),
 hanc in pyrâ exstructâ, Prophetiam protulit: *Hodie comburitis anserem,* (Huff
 enim lingvâ Bohemicâ sonat anserem) *verum post annos centum veniet Cy-
 gnus* (id est Lutherus, in quo hæc proph. verificata fuit) *qui vobis alias can-
 tabit cantilenam, verum missum illum facietis (t).* Inventi etiam sunt pluri-
 mi,

rimi, qvì tempus, imò diem & horam obitūs sui præscivere (u); qvorsum haud incommodè referres R. Patrem meum, Dn. Christophorum Calovium, Verbi div. in Dicēc. Puschdorf. apud Prussos, ministrum fidel. cui per quietem tempus obitūs sui innotescebat, qvod scilicet hora XII. nocturna, secunda die ab obitu Parentis sui, tum temporis in eādem domo lethaliter decubentis, esset moriturus: dictum factum! moriebatur Avus meus Anno 1676. die IIX. Julii hora XII. noct. eadem experiebatur fatali anno horaq; d. X. Julii, desideratissimus Parens meus (w), cantator Cygnus funeris ipse sui!
 Præivere etiam plurima alia, dura mortalium fata; qvæ hoc stylo, ut diximus, recensere, instituti & temporis ratio vetat. Unum tamen nihilominus, & alterum, Θαυματριῶν. exemplum, ad consequens mortis ac sepultura hominum referendum, hoc loco, non prolixè considerabimus, verum tantum adducemus. Scil. jam alibi (x) defendimus, nullum serpentem ex medulla spinæ, (ita vocatur contextus vertebrarum, & ossium, in tergo animalis) in cadavere hominis putrescente, nasci; Nunc autem denuò hâc occas. tuemur: fictam omnino hic abs Doctis qvibusdam obtrudi tharmatantrop. Licet enim plurimi, nec numero, nec autoritatibus contemnendi (y), contrarium defendere annituntur: fallaciam tamen à dicto sec. qvid, ad dict. simpl. verius nobis videntur committere, dum, (ut alia, qvæ responderi hic possent, conflictui reservemus) à particulari experientia, universalem inferunt conclusionem: At, hoc non sapit philosophiam!

(q) Vide Kornmann. part. IV. l.c.c. XXXC. seqq. &c. CIV. CXII. seqq. (r) ibid. c. XCVII. seq. (s) Conf. Disp. D. Deutschmanni ante bienn. hab. ubi ex Apocal. XVI. v. 6. 7. imprimis c. III. cit. Disp. probat, Angelum illum fuisse B. Lutherum. (t) Rechenberg de Job. Huf. Marty. Sect. I. §. XXVI. & Kornman. l.c.c. XCIX. (u) Kornm. l.c.c. C. seqq. cui add. Erasm. Francisci Seel-labende Ruhe-Stunden Part. III. Med. X. p. m. 341. seqq. item Wohl der Ewigkeit Med. XIV. p. m. 330. seqq. ubi fuisse plurima egregia exempla adferuntur. (w) Vid. Carmel B. M. Rölingii Poëf. Prof. Regiom. in obitum ejus, qvod plurimi oculati testes hodie adhuc Regiomonti sufficienter confirmabunt. (x) Vid. decad. Philosophem. §. IIX. (y) Conf. Plutarch. in Vita Cleom. circa fin. Plinius H. N. lib. X. c. LXVI. p. m. 209. Camerar. Hor. subcif. Cent. I. c. XI. p. m. 73. seq. Porta Mag. Nat. Lib. II. c. II. Lev. Lemnius Lib. IV. de occult. Nat. Mirac. c. XII. Kornm. l.c. Part. VI. c. XXX. Ælianu lib. II. c. XLIII. aliq; plures.

§. XXX. Intricatior est Θαυματριῶν, qvæ circa Cruentationem Cadaverum, hominum violenter occisorum, ad presentiam Rei, occurrit:

rit: solent enim Judices, vel hodie adhuc, ex tali sanguinis stillicidio, praesentis homicide indicium sumere, quod Germani, das Baarrecht / à voce Baar / quasi dicas *jus feretri, sandapile &c.* vocant. Non hic animo sedet nostro, verba ac testimonia Eruditorum cumulare: excederemus enim, illis citandis, Tractatus hujus, ac instituti nostri limites. Sufficerit itaque, si eos, qui ex professo hanc rem tractarunt in proscenium producamus: Tales autem sunt *Hundeshagen, Frenzelius, Kirchmayerus, Pfauzius, Rhotius*, qui peculiaribus dissertationibus; itemq; *Voigtius (a), Libavius, Heringius*, qui peculiaribus Tractatibus: alii felici, alii minus prospero successu, presentem controversiam ventilarunt; *Qvibus tamen, Beermannum (b), Kornemannum (c), Erasm. Francisci (d), Lemnium (e), Andream Hildebrandum (f), Farinacium (g), Spadelium, (h) Valeriolam (i), aliosq; plurimos (k), superaddere, ad exactiorem rei gestae notitiam, haud erit supervacaneum.* Ut autem eò intimius in *Θαυματηρεπολειδίας* hujus arcana physica deveniamus, unum vel alterum hujus *Probationis*, per cadaverum cruentationem, exemplum, à citatis, aliisq; Autoribus allegatum, brevibus repetere, operæ erit pretium. Contigit in pago Schmolzin, scribit l.c. Hildebr. ut præfetti ejus loci, expatiatum cunctu canis aquaticus, forte fortuna infantem, terræ reconditum, & jam semiputridum, erueret. Quem cum Præfetus in pagum reportari curasset, pueras, viudas, reliquias, omnes extra matrimonium viventes, convocari jussit, & singulas infantem ulnis gestare, ac sequentia verba eloqui: *Dasern ich an diesem Kinde schuldig bin / so thue Gott ein Zeichen an mir.* Inde cum ad agnatam proximam reæ, ordo pervenit, pauxillum sanguinis è naribus, & quidem lente, effluxit: ubi verò in manus propriæ matris traditus est, (qua virginali adhuc incessit habitu, & ut postmodum per torturam confessa, Dantisca à primario quodam mercatore imprægnata est) copiosissimum ac rubicundissimum stillare cœpit sanguinem, multis instar miraculi id spectantibus, cum ante oëstiduum jam terræ commissus, nec, ut ipsamet fasfa, vitalis unquam fuerat, quod tamen ego verum vix putaverim. H. I. In Saxonie aliquando accedit, ut servus, qui Hero rationem reddere haud poterat, suspenderetur. Cum verò Dominus post biennium locum supplicii imprudens præterisset, cadaver semiconsumptum, sanguinem per os & nares effundere coepit, prout Schottelius (l) testatur. Adhuc mirabilius est quod *Henricus Ranzovius, Nobilis Danicus (m)* contestatur; Hominem in itinere occisum. Cum de cœdis autore non constaret, manus occisi resecta ex tigno infuso suspenditur, tandem calu quodam, cum post decem annorum intervalum in eam domum se receperisset occisor, manus jam dudum exsangvis & arida,

sanguinem stillare caput, inde conjectura facta est, hunc latrociniū hujus reum existere: Vīsa indicantur Senatuī Itzehoēsi, capitū igitur latro, agnoscens mox evidens judicium divinum, cādem ante multos annos à se perpetratū esse fatetur, ultrò poscens justam sceleris sui poenam. H. I. Et hæc pauca exempla sufficient, plura enim autores citati fūggerunt, ad quos, compendium verborum ut fiat (non enim has pagellas excedere convenit) B. L. amicè ablegamus.

(a) in *Delic. Physic.* toto cap. I. (b) in *disf.* de *Judiciis Dei* c. VII. §. II. p. m. 23. qvam disert. H. H. Mejerus hisce *Nundinis de verbo ad verbum*, non sene crassissimi Plagii literarii notā, descriptis, & suppressō Autoris *Celebrat. nomine evulgavit*. (c) *De Minac. Mort. part. IX.* c. XXIII. (d) im *Sittenspiegel ausländischer Völcker* I. II. c. III. f. m. 339. seqq. (e) lib. II. de occult. N. M. c. VII. (f) in *Epist. ad Horstium sect.* IX. p. 432. (g) in *Pract. & Theor. Com.* p. I. Tom. II. Qv. LII. n. 154. seqq. (h) in *Not. Jurid. Hist. Pol. lib. IX.* f. 81. seqq. (i) *Observ. Med. lib. II. Ob. VII.* seqq. (k) quos, cum à Frenzelio & Kirchm. II. cc. allegentur, hoc transcribere super sedemus: *Hi omnes haec et nos citati rei gestæ veritatem confirmant; Sequentes autem, utp. Hieron. Maggius Miscell. lib. IV. c. V. Paulus Zachias Lib. V. Qv. Medico-Legal. Tit. II. Qv. IX.* unā cum Horstio, facti veritatem strenue negant. (l) *de Singul. Jur. in German.* c. III. p. 82. (m) in *Epist. ad David. Chytraum cit. Frenzelio c. I. §. IV.*

§. XXXI. Nunc opera pretium fuerit, ut *Historiae veritate compertā, in Θαυματηρίων θρησκευσίας* hujus causas physicas, sat difficiles, & intricatas, paucissimis inquiramus. Cum enim toties ad præsentiam occisoris, cadaver occisi, sanguinem stillare, sit observatum, meritò quæritur: Quænam admirandi hujus effectus, præsertim in cadaveribus semiputridis, & jam exsiccati, causa physica existat? Illi, qui *Qualitates occultas*, non in relatione ad nostri intellectus imbecillitatem, (has enim facillimè admittere possumus (n)) sed ratione ipsius naturæ, rerumq. naturalium, agnoscent, & ex occultis demonstrationem manifestam, absurdè, ni fallor, haurire allaborant, hoc loco etiam ad eas, tanquam ad ignorantia asylym, de *Antipathia* (o), *Spiritu inimicitias* (p), sive *odio occisi in occisorem*; itemque de *Sympathia* (q), splendidè rhetoricanter, splendoriori quodam consentientium satellitiō stipati, confugint. Verum enim verò, hi occultarum qualitatum Patroni, admodum hallucinantur: Si enim liberalius concederemus, dari hujusmodi antipathias & sympathias in physicis, (quas tamen, non nisi inter animantia, deliberandi facultate prædicta, nequaquam verò inter bruta, multò minus res inanimatas,

ad-

admittimus) quales E. C. minus commode inter magnetem atque ferrum, lupum & ovem, lunam & mare, rutam & ficum, brassicam & vitem, hominem, & cibos quosdam utp. butyrum, caseum &c. veriora edocis, obtrudunt; Hi tamen antipathici & sympathici effectus omnes, positis omnibus ad agendum requisitis, congeniti & perpetui essent. Nam perpetuò, & semper magnes sibi relictus ferrum attrahit, ovis lupum fugit, homo caseum respuit &c. quod tamen inter occisum & occisorem, perpetuò observare haud licuit; Vel enim planè non stillavit sanguinem corpus occisi: vel, si stillavit, per accidens quasi ad præsentiam inimici latronis; ut plurimum autem, præsentibus Consanguineis, amicis, Magistratu, aliisque peregrinis, absente iterum Reo (r), nec sympathias, neque antipathias documenta dedit(s). Plurimas alias, partim monstrosas, (qualis illa est, de particulis animæ in occisi cadavere, vel aliâ quadam animâ, à rationali realiter distinctâ, remanentibus) partim absurdas, quarum haud paucas, ii, ex quibus profecimus Autores, adducunt rationes, datâ operâ prætereuntes, eas conflictui publico examinandas rœservamus; causam verisimilem & maximè probabilem, paucis cum B. L. communicaturi. Primo autem loco, ducibus ante citatis egregiè præeuntibus, præsupponimus: *Cruentationem hanc occisorum, sive adsit, sive non adsit homicida, naturalem prorsus esse.* (Quattuor non penitus inficias eamus, *Causam illam fine causa, DEUM, acerrimum iustitiae vindicem, in cadaveribus exsiccatis, sanguinem tamen, non ad præsentiam aliorum, sed occisoris præcise, mittentibus, hic etiam concurrere posse.*) Cum enim sanguis venis suis continetur, haecque peculiarem virtutem eum conservandi habeant, ita ut fluidus semper maneat: extravenatus autem in grumos confestim abeat; Fieri potest, ut venæ hæ circa vulnus, ad aliquot dies, imò septimanias, obstruantur, ita, ut sanguis ex hisce meatibus fluere non possit. Cum autem porrò aer externus, sanguinem hisce venis occlusum, protinus alterare nequeat: neque venæ, quoniam duriores, solidiores ac sicciores paulò carne sunt, tam facile putrefcant; Haud insolitum est, si sanguis, ob modici caloris reliquias, ad tempus à concretione liberetur. Advenientibus autem postea variis alterationibus, quando scilicet cadaver de loco in locum portatur, portando fortius commovetur, commotum alteratur; quando item manus cadaveri imponuntur, vel digitii interdum per vim immittuntur, adeoque vulnus dilatatur; quando denique propter hominum adstantium copiam, calidiores expirations emituntur: Facillimo negotio contingere potest, ut his aliisque circumstantiis ac causis concurrentibus, obstructionum resolutio fiat, atque sanguis haec tenus retentus, modò minori, modò majori copia, modò ci-

tius, modo serius: sive per vulnus infictum, sive per os, narines, aliasve vias patentes, prorumpat atque effluat. Qvod ponderatis probè circumstantiis, exemplis omnibus haud difficulter applicari: ac proxima cruentationis hujus causa, ex principiis pure naturalibus, commodè deduci poterit; Prout & nos, sicubi occasio sese obtulerit, in conflictu facturi sumus. Naturalis itaque est hæc Θαυματριῶσιά: Nec talis, quæ pro insolito qvodam effectu, proq[ue] miraculo prorsus, & infallibili occisoris indicio, (qvod plurimi male faciunt) venditetur. Stillant enim aliquando sanguinem homines, non tantum violenta, sed naturali etiam morte perempti: Cruentantur cadavera, non tantum ad præsentiam occisoris, sed etiam amicorum, Jadicum, aliorumque hominum: Imò mittunt sanguinem, omnibus & amicis, & inimicis, absentibus.

(n) *Vid. Celeb. Dn. D. Zeidleri Analyt. Post. Lib. I. c. XI. §. 4. p. m. 177.* & Sturmii *Phys. Concil. Part. I. c. VII. p. m. 67. seqq.* (o) *Sententiae hujus Patroni sunt: Delrio lib. I. Disq[ui]v. Magic. c. III. Qu. IV. Schottus Mag. Un. Part. IV. Lib. V. p. 493. seqq. Schwimmerus Curius. Phys. Disp. III. Theor. VII. p. m. 239.* (p) *Conf. Kircherus Art. Magnet. lib. III. parte VII. p. 563. Sprengerius Mall. Malef. p. 1. qu. 1. & plures alii.* (q) *Lemnius L. c. Timotheus Brigetus in animadu. suis ad Phys. Scribonii lib. I. §. 82.* (r) *Exempla talia non repetimus: evolues ea apud cit. supra Autores, in primis Rhotium, Hundesh. &c.* (s) *Vid. Libavius, & jam citati.*

§. XXXII. Plura essent circa hominis mortem, quæ Θαυματριῶσι. nostræ amplificationem suppeditarent: nisi ea iterum in compendio egregiè traderet Praelaud. Kornmannus, nobisque, in uberrima stupendorum exemplorum messe, vix Spicilegia relinqueret. Possemus enim de Spectris in demortuorum hominum corpore adparentibus, quale illud Endoreum erat, qvod Saulis jussu Pythonissa qvædam, in figura Samuelis excitaverat (t); De Mumis (u) Ägyptiorum, qualem Haffniae, in Technotheca Srreniss. Danorum MONARCHÆ, quæ Pharaonis cuiusdam esse dicebatur, nuper observavimus; De variis item cadaveribus, à putredine semper immunibus (w); de hominibus in lapidem mutatis, atq[ue] sic interemptis (x); De mortuis quibus dentes adhuc nati (xx); De Defunctis manum ex sepulcris extendentibus (yy); De mulieribus mortuis, alterâ seipsam devorante (z), aliisque jam sepultis, clamantibus atque loquentibus (a); De hæreditariis quasi quibusdam, & gentilibus mortuum generibus (b), aliisque cum ante, tunc post fata hominis occurribus mirabilibus, prolixè & egregiè differere: nō, ut jam innui-
mus, ab aliis prolixius ac doctius fuissent disputata. Unicum tamen restat,
qvod

qdod diductiū pāulō proponemus, illoqve tanqām curiosissimo qvōdam casu, præsentem tractationem obsignabimus. Est verò illud *Mirabilis mortuorum resurrectio*: qvam meritò ad hanc nostram, de *Θεωτολογia* disputationem, referimus, cum itidem *circa corpus* (anima enim, ut mox patebit, nec moritur, neqve resurgit) occupetur (c). Cum autem *triplex mortuorum resurrectio* nobis obveniat, una scilicet *naturalis*, qvæ hominum *Φανوμένως* mortuorum est, & *impropriè resurrectio* dicitur; Altera *mira-culosa*, qvæ eorum existit, qvos vel Prophetæ in V. T. vel Christus & Apostoli in N. T. cum verè mortui fuerant, resuscitârunt (d); Tertia tandem *super-naturalis* sit, qvæ hominum, in extremo judicio ad vitam revocandorum, communis esse dicitur: Nos, in castris Physicorum ac Historicorum ver-santes, non de miraculosa, neqve supernaturali mortuorum resurrectione, qvæ theologicam, & superiorem cathedram sapt: Sed de illa, qvæ merè *naturalis*, & *physica est*, succinctam thavmat. instituemus. Ita tamen, ut sub calcem hujus tractationis, coronidis qvæ loco, disqviramus: *Utrum illa resurrectio*, qvæ *supernaturalis* à nobis salutabatur, & ex lumine revelato accuratè atqve apodicticè tantum cognoscitur, contra *Atheos & Ethnicos*, ex lumine *nature*, probabilis reddi possit? Qvod dūm aggredimur, de *Hominibus apparenter mortuis* (e), post aliquod tempus vitam recipien-tibus, principe confestim loco observamus: frequentem de illis, apud *Historicos* pariter & *Physicos*, fieri mentionem. Nimirum ex Veteribus, jam *Plinius* (f) peculiare de iis conscripsit caput, qvod huc transcribere nimis prolixum foret. *Plutarchus* (g) refert, nonneminem ex alto super collem decidisse, accepto vulnere, triduanum jam ad sepulturam esse elatum, subitò autem ad se rediisse, & vita post seriam instituisse muta-tionem. Contestatur idem *Plato* (h), qvendam multis acceptis vulne-ribus (erat is *Phereus Pamphilicus* (i)) inter mortuos ad decimum usqve diem relictum, duodecimo deinde ad sepulturam elatum, in rogo revixisse, ac mira qvædam, qvæ tempore mortis illius viderit, narrasse. Ea qvæ *Apulejus & D. Augustinus* (k) habent, cum prolixa sint, atq; à *Kirchmayero* (l) adducantur, repetere hoc loco nolumus. Ex recentioribus autem testi-bus adducimus *Kormmannum* (m), *Minabile*, inquit ille, exemplum *Coloniæ Agrippinæ in Tabula*, ad S. Apostolos, depitum observavi, sub Episcopo *Wil-helmo*, de domo nobilium de Genepe, mulier qvædam, nomine Richemodis peste obiit An. MD LVII. cui maritus, ob conjugalis amoris vinculum, spon-salitium annulum in digito reliquit, quem vesillo animadverens, noctu cum famulo suo accessit ad bustum, idq; aperuit. Servus descendit, annulum q;

detrahere voluit, qvo factō mulier erexit sēcē : Vesillo & famulus relictā
 lucernā aufugēre ; mulier eā sumptā, domum adiit suam, qvam maritus,
 visō annulō, intromisit, ex eaq̄ tres adhuc filios suscepit. H. I. De Gocellino,
 nepote Archi-Episcopi Colonensis, puero adhuc, refert Lugderus (n), qvod,
 dum Rhenum trajiceret, incautiū navigio elapsus, demersus quoqve, neq;
 ulteriū visus, post decimum tamen quintum diem expiscatus, vivere adhuc
 sit repertus. Confirmat hoc alio exemplo Celeb. Pechlinius (o), ad D. Lan-
 gellottum seqventia perscribens : Accedit, ait, Nobilissimi Burmanni nuper ē
 Gothiā reducis fides, qvi ore suo confessus est coram Perillystri Domino, Te
 quoque præsente, se in pago Boness Parochiae Pithoviae, concionem frequentāsse
 funebrem, in qua, dum acta recenseret Praeco senis cuiusdam septuagenarii,
 Laurentii Jonæ, in personalibus, ut vocant, audiverit ex ore concionantis, vi-
 rum cum adolescentem XVII annorum, aquis submersum, septimā demuna
 hebdomadā (rem prodigiosam !) extictum, ad se rediisse vivum & incola-
 mem. H. J. Erasmus Francisci (p) ē Thuano, de Julio Civili aliud planè exem-
 plum adducit, qvi in obsidione Rothomagi glande plumbea ictus, & cum alio
 qvodam sepultus, à famulo suo inventus, qvinto die, cum jusculum calidum
 ei infunderetur, sensim revixit, & ex vulnere convaluit; diductiū id cit. Au-
 tore narrante, ad qvem B.L. remittimus. Ea autem qvæ de Johanne Duns Scoto
 adducunt Jovius & Bzoviūs, Celeb. Schottus (q) pridē fabulosa esse docuit.
 Plura videantur apud Kirchmayerum, Hartnaccium atq; Kornmannum ll.
 cc. nolumus enim ea, qvæ sua veritate resurgent, prolixa nostra citatione qva-
 si obumbrare. Rationes Physicas interim hujus Tharmat. qvam in homini-
 bus apparenter mortuis advertimus, huc ferè redeunt : Omnia enim hæc sub-
 jecta, in universali considerata, (singula qvippe, ponderatis circumstantiis
 omnibus, hoc loco examinare non poterimus) vel ob malam qvandam
 cordis dispositionem, vel cerebri nimiam læsionem atq; concussionem, vel
 ob nervorum obstructionem, & spirituum animalium interceptionem, vel
 ob defectum spirituum vitalium, vel deniq; ob usum fortiorum ac narcoti-
 corum medicaminum, qvibus spiritus in toto qvæsi corpore stupefiunt, &
 constringuntur (r), mortuis simillimi jacuerunt; Et qvia anima ab opera-
 tionibus suis feriata est, feretro & sarcophagis, imò sepulcris impositi : vel
 conclamatione, vel medicamentis, vel motu & contrectatione, vel alio qvo-
 dam modo, qvem circumstantiæ cuiuslibet exempli suggerunt, revixerunt.
 Ast probè distingendum erit, inter homines Φαρμένως mortuos, verè &
 realiter resurgentes : ac inter eos qvi verè mortui, nunquam resurrexerunt,
 Diabolo interim horum imaginem, per varias ludificationes ac phantasmati-
 ca

tica spectra, repræsentante; qualia exempla in Kornmanno (s) observare licebit. Huic tamen meritò vitio vertimus, qvod hanc distinctionem non ubiq; accuratiùs ponderaverit, qvod tamen ad insignes errores avertendos, debebat fieri.

- (t) Conf. lib. I. Samuel. c. XXIX. & D. Gerhardi accurat. Disp. de Spectro End. Jenæ An. 1663. hab. (u) Videantur interim Happellii Relationes Curiosæ, Part. I. p. m. 697. seqq. ubi exqvistè & fusè de illis differitur. (m) de qib; fusè Kornm. l. c. Part. III. vid. (x) Non pauca, eaq; stupenda, hujus effectus dantur exempla. Conf. eos qvos §. III. p. 8. lit. q. citavimus. (xx) Kornm. l. c. c. XLII. (yy) ibid. c. XLVII. seqq. (y) ibid. Part. IV. c. IV. (z) ibid. Part. VII. c. LXIV. (a) ibid. c. VI. & XVII. itemq; XXXIII. seq. (b) ibid. c. LXI. seq. (c) ea enim unicè buc pertinet, quemadmodum supra §. II. p. 3. Controversie statum formavimus. (d) Conf. Celeb. Dn. D. Bebelium de bis mortuis, in pecul. Diatriba, ubi plurima egregia in compendio habentur, omnesq; Theologorum difficultates, ubi scilicet anima eorum fuerit, solidè solvuntur. (e) Distinguendi sunt Φανοπέρως mortui à dormientibus, qui per aliquot dies, menses, imò annos, dormiendo vixerunt, & tandem evigilarunt. Conf. exempla apud Schottum Phys. Cur. Lib. III. c. XIX. p. 500. Kornm. de Mirac. Vivor. p. m. 284. & de Mirac. Mort. Part. II. c. XLIX. (f) H. N. Lib. VII. c. LII. p. m. 131. 132. (g) Libro de Serà Numinis Vindictâ cit. Celeb. Kirchmayero, de Hom. Appar. Mort. c. i. §. i. & Hartnaccio Adm. Phys. p. m. 461. qui nobiscum ex illo haud parùm profecit. (h) Lib. X. de Republ. p. m. 761. seqq. Conf. Phaedonem. p. m. 37. it. Macrobius in Somn. Scip. Valer. Max. lib. I. c. IIX. in Ext. n. I. (i) itaeum nominat Kornman. de Mir. Mort. Part. II. c. XXII. & c. XXIX. de Ero Armenio aliam historiam narrat; qvos Hartnaccius l. c. malè confundit. (k) ille Lib. VI. Florid. hic lib. de Cura Mort. (l) l. c. §. II. & III. (m) Part. II. l. c. c. XVI. (n) in Epist. ad Rixfrid. Tractatem Episcop. c. X. apud Surium Tom. II. cit. Kornman. c. XX. l. c. (o) de Aëris & Alim. defectu, & Vita sub Aqu. c. X. p. m. 133. seq. (p) in der lustigen Schaus Bühn allerhand Curiositäten Part. I. Conv. I. p. m. 841. (q) l. c. p. 502. (r) Vid. Kirchm. c. III. §. II. seqq. egregiè hac deducuntur. Notandum hic erit, optimum morem esse, si mortui non conseruantur, sed per aliquot dies supm terram serventur, donec de obitu eorum certius constet. Conf. Kornmann. l. c. Part. VII. c. LVI. Verè enim mortuos abs apparenter talibus distingvere, est difficillimum. Conf. Kirchmayer. l. c. c. I sub init.

§. XXXIII.

§. XXXIII. Tandem Coronidis loco, occasione Resurr. Hom. appartenenter mortuorum, de Resurrectione ultima universali, de qua fide teneamus, qvod in judicio extremo revera futura sit: ea qvæ promisimus, Θαυματανθρωποις loco, subjiciemus; Id brevibus disquisituri: Utrum contra Ethnicos atq; Atheos hæc ipsa ex naturali lumine probabilis reddi possit? Qvod dum periclitamur, κατ' ἀνθρώπου disputatur, ex propria dissentientium confessione, Animam humanam immortalem esse (r), præsupponimus. Et si fortean quidam hypothesin nostram perficitâ fronte auderet negare: hunc, verborum compendia facturi, ad Maximè Reverendi Dni. D. Johannis Lassenii, Theologi apud Haffnienenses undiq; famigeratissimi, ac supra omnem laudem positi, Atheismum Convictum (s), aliasq; Celeb. Literarum Principes, qvorum omnia Achillea argumenta repetere, hic proposita brevitas vetat, humanissimè remittimus. Hæc hypothesi nobis concessa, aliam postulamus, qvæ itidem negari nequit, sed abs ipsis Ethnico-rum, Christianorumq; defenditur philosophis, ac apodicticis & infallibilibus demonstratur argumentis: Dari scilicet materiam, omnium rerum corruptibilium, primam (t); cuius definitio juxta Magnum Aristotelem (u) hæc est: Qvod sit τὸ πεπονιῶν ὑπόκειμενον ἐνάστατος γένος οὐ πέρχονται, μηδ εἰς συμβιβήσης, εἴτε φύσεται οὐ, εἰς τὸν ἀφίξεται εχασσονται. Cum autem hæc materia prima, ipsò iterum κατ' ἔχονται Philosopho (w) fatente, sit ἀφίξεται καὶ ἀγέννηται i. e. ingenerabilis ac incorruptibilis: ita commodè contra illos licebit argumentari: Ubicunque dantur omnia ad agendum requisita, ibi quoq; dari potest res ipsa. Atqui ad resurrectionem humanae carnis, dantur omnia ad agendum requisita: (perennans scilicet forma, & prima incorruptibilis materia) E Resurrectio mortuorum &c. Verum aliis adhuc uti licebit argumentis; Plurima jam ante nos adduxit B. D. Gerhardus in LL. Theol. (x); itemq; Dn. D. Lassenius (y), aliaque Ecclesiæ nostræ Lumina; Qvæ, quamvis copiosè in Bibliotheca Honoratissimi nostri Avunculi, Pl. Rev. & Cl. Dni. Bernhardi Milleri Eccles. ad D. Mar. ap. Rostoch. Meritiss. (cui ob paternum in studia nostra, & nosmet ipsos, favorem, quem ultra biennium in alma hæc Academia experti sumus, adhuc ante discessum, publicè gratum nostrum animum contestari decet) ad manus sint, ob instituti tamen nostri rationem adducere nolumus. Non itaq; hinc hirundinum, Ciconiæ, aliarumq; avium, per hiemale tempus sub aquis commorantium (z), circa æstatalem verò quasi resurgentium; Non Phœnicis (a), non seminum terræ commissorum per hiemem

hiemem emortuorum, in vere tamen splendidè efflorescentium; Non denique arborum fata, futuræ nostræ resurrectionis exquisita argumenta, prolixo discursu urgere volumus. Illud unicè ex Chemicorum arcanis, scopo nostro diductius accommodabimus, quod de *magia vegetativa* & in primis *Plantarum ex cineribus suis resuscitatione*, ad invidiam usque curiosum nostrum seculum, passim gloriatur. Totius stupendi effectus negotium ex *Athanasio Kircherio* in *Mundo Subterr.* (b) & *Itiner. Exstatico* (c), *Magneno* in *democr. Reviv.* (d), *Hofero* (e), *Boreello* (f), *Chr. Adolph. Balduino* (g), *Erasmo Bartholino* (h), *Kenelmo Eqvite Digbæo* (i) in *Orat. de Plantar. Veget. Qvercetano* in defens. contra *Anonym.* (k), *Horstio* in *Physica Hippocratis* (l), *Hannemannio* in *Phoenice Botanico*, atq; *Joh. Andr. Schmidtio* in *Disput. de magia vegetativa*, fasciculo suo *Disput. Physic.* inclusâ, aliisque naturæ *Mystis*, sufficientissimè cognoscitur. Ne autem sine speciali specimine aliquid concludamus, ex *Magneno* l.c. seqventia depromimus: *Narrat Gafarellus*, *oculatosq; testes* appellat suo nomine, *Viros graves*, & *sua domui satis notos*, qui in Poloni Medici museo phialas complures viderunt, in quorum fundo pulveres, ex arte preparati, florum animas (formas fortean dicere voluit) in cineribus conservabant, vivebantq; veluti suis in urnis. *Specaculum hospitibus gratum exhibitus* *Doctissimus ille Chymicus*, accensam candelam detinæ in aëre phiale, quæ rose cineres preparati asservabantur, certa distantia supponit; vix calor se in vitrum insinuaverat, cum ecce tibi moveri corpusculorum pulverisq; populos, cinerem illum leniter agitari, dum tandem post horæ fere intervallum tortus ille pulvis collecto calore in media phiale area suspensus, variis deinceps, confusisq; motibus undiq; vaq; cieri cœpit. Tandem variis agitationibus paulatim in rosam perfectissimam hec corpuscula coäluerunt, cui neg, in foliis ordo, neq; color, neq; meditullium croceum deesse videbatur. H. J. Sed desit statini remotâ candelâ spectaculum, recidente iterum ad phialæ fundum pulvere, qui caloris vi in aëre detinebatur, ut quotidie radiorum solarium beneficio, festucis, pulverique contingit. Idem olim *Qvercetanus* in consimili rosa, ex cineribus suis resuscitatâ, observavit; imò notiùs id est, quam ut nostro discursu commendetur. Vedit experimentum illud, omni veneratione citandus *Dn. D. Lassenius* (m) *Andegavi Gallorum* in ædibus *Hospitis* sui *Jacobi Berge*, Medic. Prof. modumq; operandi accurate observavit. Haud absimile præl. *Qvercet.* in congelato urticarum lixivio deprehendit. Repetiit experimentum illud *Digbæus* (n), atque in cit. de *Plant. Veget.* Oratione accurate depinxit.

L

Loqua-

Loquitur ipse Vir illustris: *Insignem, inquit, urticarum quantitatem, radices scilicet, caules, folia, & flores, uno verbo, totam plantam prius calcinabam.*
Ex hisce cineribus cum aqua pura conficiebam lixivium, quod filtrando ab omni terrestri materia depurgabam. Hoc lixivium debito anni tempore ut a frigore constringi posset, a me expositum erat. Totum perficiebam opus in hac eadem domo. Eas calcinabam in pulcro & ampio laboratorio, & exponebam lixivium congelandum in fenestra mea bibliothecæ. Et certò certius est, quod, postquam aqua frigore indurata fuerat, ibi urticarum, in glacie congelatarum, magna abundantia adpareret. Non habebant quidem colorem urticarum, nec viriditas eas concomitabatur, sed erant albae. *Nihilominus nulla ratione ullus pictor fasciculum urticarum exactius delineare potest, quam illæ in aqua designata erant.* Qvamprimum autem aqua liquefacta erat, omnes hæ ideales formæ evanescabant; qvamprimum verò aqua frigore rursus constricta fuerat, illicè de novo apparebant. H. J. Deinde Vir Celeberimus causam hujus rei paulò diductiùs exponit, qvam nos chartæ præsentis angustiis vix tutò poterimus inserere. Qvibus tandem omnibus etiam adstipulatur celebrat. Thomas Bartholinus (o), sēqve, apud Cl. Borrichium ex sale serpilli, artificiōe præparato, elegan-
tissimam arbusculi figuram, non absimilem caulis serpilli, vidisse testatur: Ut jam alia plurima, qvæ Vir Celeb. loc. cit. habet, prætereamus. Et quid multis? Sumunt adhuc hodie plurimi curiosissima hujusmodi experimenta: adèò ut tot testibus temerè contradicens, veritati, non sine absurditatis nota, dicam scribere videatur. Neque est ut eis illud Philosophorum objicias: *A privatione ad habitum non dari regressum;* Id enim sibi haud adversari assentunt, dicendo: Ex se & sua natura, absqve auxilio humanæ artis, non dari regressum, naturaliter: sufficere interea, si vis latens, non omnibus perspecta, accedente arte, ex principiis educatur, ac cuilibet ad oculum demonstretur. Sanè vix hæc liberaliter crederemus, nisi vel ipsius naturæ beneficiorum, exclusò omni artificis opere, in plurimis plantis idem liceret observare. Ex plurimis speciminiibus id tantum in præsenti adducemus, quod Arnoldus Montanus in den Gesandtschafften der Käyser zu Japan pag. 43. scriptum reliquit. Nimurum: *Es soll zu Japan ein Baum seyn/ so einem Palmbaum nicht unähnlich/ welcher keine Feuchtigkeit nicht verträgt/ sondern so bald er naß wird/ verwelcket/ als wenn er vergiffet wäre.* Diesen Baum sollen sie bisz auff die Wurzel ausrottten/ in der Sonnen fruehen/ und hernach in eine Grube voll Hammereschlages oder Sali

280

Solches einpflanzen / allwo er wieder von neuen herborschlage und grüne. H.J. Tacemus iam ~~μαλιγγεοίς~~ qvorundam animalium, in minutissima frustra redactorum, & tamen iterum naturaliter, à naturæ sacerdotibus, resuscitatorum. Testantur id Muscæ, Lumbrici, & serpentes in minutum pulverem redacti, aquâ calcinati, in locum putridum, vel humidum repositi, & post paucos dies vi latentis seminis exclusi, ac ad vitam revocati: hæc enim copiosius persequi, citra temporis dispendium, non liceret. Ne autem sine specimine discedamus, in Muscis revocandis, interprete Dn. Schmidio l.c. hunc modum chemici tradunt observandum: *Muscarum collige cadavera, eaq; prius aqua mellita nonnihil macerata, supra laminam impone arenam, deinde laminam more Chymico supra cinerem aut arenam, calore lento carbonibus suppositis, aut etiam fimo eqvino tepesatam expone, & aspectu tuo cernere licebit, mox microscopii ope, insensibiles qvsdam vermiculos nasci, deinde alis assumptis sensibiliter in muscillar, & tandem ad sensum crescentes, in perfectas muscas animari.* H.I. Qvæ omnia cum ita sele habeant, suâque veritate gaudent; qvid aliud edocere Atheos & Ethnicos possunt, quam possibilem aliquando fore mortuorum resurrectionem, eamq; iis ex lumine naturæ probabilem reddi posse? Si enim ~~μαλιγγεοίς~~ efficere, artis cuiusdam, ac imbecillis ingeniali industria licet: Quidni multò magis DEUS, cuius omnipotentiam vel sapientiores Ethnici semper agnoverunt, ex pulvere hominis, eundem hominem, in extremo judicio resuscitare, eumque à morte revocare poterit? Sed manum de tabula!

- (r) *Animæ immort. defendere Plato in Phædone.* p.37. præsertim autem lib. X. de Republ. p. m. 761. seqq. Aristoteles lib. III. de An. t. 20. lib. I. c. IV. t. 66. & lib. III. c. IV. t. 12. &c. Qvamvis enim qvidam, eum animæ Immort. afferuisse nolint; refellunt tamen eos loca citata, qvibus add. D. Zeidleri Pref. Introd. præmiss. p. m. 18. & Dn. M. Goldbachii, Præceptorum maximè venerand. Disp. pecul. de animæ Immort. An. 70. Regiom. hab. §. IIX. seqq. Plures ex Vet. Ethnici citat Dn. D. Lassenius l.c. p. m. 525. ita ut hoc labore supersedere possimus. (s) *Orat. XI.* p. 507. seq. ubi ex utroq; lumine qvam solidissimè hæc controversia discutitur. Adde ejusdem Viri Venerandi Notas Parentationi Vibianæ, cuius inscriptio: die beseuffzete Nichtigkeit insertas. p. m. 82. (t) Qvamvis enim Materiam hanc, Chimoram Aristotelicam, plurimi putent, utp. Helmontius Phys. p. 40. Ramus lib. I. Phys. c. IX. Regius lib. I. Phys. c. X. Le Grand Inst. Philos. Parte IV. Phys. c. III. p. m. 213. edit noviss. Sperlingius itemq; Hartnacius, Gaffen-

Gassendus, Casmannus, Patricius, Magnenus & alii : Plurimi tamen, big, non infima no[n]e physici, eam non tantum defendunt, verum infallibilibus etiam argumentis probant. Conf. præter eos qvos in Miscell. nostris §. V. citavimus : Magirum Physiol. Perip. p. m. 36. seq. Zabarell. lib. I. de Prim. Mat. c. III. Bechmann. Phys. p. m. u. Raconis Part. III. Phil. Disp. II. p. m. 26. Pererium lib. V. Phys. c. IV. p. m. 282. Francisci im Überzug der Ober-Welt p. m. 43. Cæsalpinum lib. IV. Qu. Perip. Qu. VII. p. m. 96. 97. Accoramb. Comm. in lib. I. Phys. p. m. 388. & imprimis Sonerum in gemina Disp. qvæ extat in Philos. Altorphina p. m. 47. seqq. (u) Conf. lib. I. Phys. c. IX. cui Accoramboni Comm. l.c addas, itemq; crmse cit. Aut. Duplex autem materiæ pr. datur definitio, una Metaphysica, qvæ negativa est, (distingente ita Themistio in Magna Digress. ad lib. I. Phys.) qvæ extat lib. VII. Met. c. III. ubi iterum vide Accoramb. in l.c. p. 773. Perer. l.c. p. 307. aliosque ; Altera Physica qvam modò allegatam dedimus. (w) Conf. Lib. I. Phys. c. IX. t. 82. Stahlius Regul. Phil. Part. II. Disp. LIX. R. III. p. m. 177. (x) Tomo. IX. c. II. §. 30. seq. f. m. 381. seq. (y) l. c. Orat. XVII. p. 147. seq. ubi imprimis Notas, observes, velim. (z) Vid. §. II. p. 2. 3. (a) Qyamvis enim hanc fabulam esse, qvidam ve- lint, Conf. §. II. p. 3. κατ' αὐτῷ τamen cum Ethnicis disputare hic liceret, qui magno numero affirmativam tuentur. Conf. eos allegatos, apud D. Lassenium Parent. Vibian. cit. p. 120. (b) Tom. II. Lib. XII. sect. IV. c. V. p. m. 414. (c) Itin. II. Dial. II. c. V. p. m. 121. (d) Disp. II. c. II. prop. XIX. p. 183. (e) lib. IIX c. II. p. 461. (f) Observ. LXXI. c. III. p. 253. (g) in Phosphoro Hermetico c. XII. p. 159. (h) de Figura nivis. p. 24. (i) qvam Amstelod. D. Dappert. edidit p. m. 57. seqq. (k) c. XXXIII. (l) Disp. VI. c. IV. §. 4. seqq. (m) l. c. Atheismi Conv. p. m. 857. (n) l.c. p. 61. seq. (o) Volum. II. Act. Haffniensium Observ. XXV. p. 58.

Habes hic LECTOR BENIVOLE in compendio *Hominis* circa corpus, e- jusq; varias partes, occurrentia admiranda, qvæ exercitii Academicigratia, non censuræ, sed severiori potius benivolentiæ Tuæ, placuit communicare. Scias, extemporaneas qvæ fuisse, & inter varia negotiorum molimina de- properatas, non diu exultas, has qvalescunq; lucubrationes nostras. Pro- inde - - - - Si qvid novisti rectius istis

candidus imperti, si non ; His utere mecum !

Tibi autem Summe DELIS qui vere Admirabilis existis, cujus Sanctitatem Angeli, cujus Omnipotentiam omnes prono pectore admiramus : Tibi, in-

(85.)

291

inqvam, non hypocritarum instar, sub Sacratissimo TUO NOMINE mali-
tiarum pallia qværentium, sed sincero & devoto pectore, nostras commen-
damus actiones, nostraq; studia ! Fac ut ea in Ecclesiæ *μητρώες* Luthe-
ranæ incrementum, & dulcissimæ Patriæ nostræ decus vergant ! Protrahe
Aristarchos & Tenebriones omnes in lucem agnitionis veræ ! Concede ut
Tenebrarum socii Lucis fiant Filii, & qvi Bacchanalia haetenus adamârunt,
Tibi Vitam vivant ! Et sic demum sinceroti pectore nobiscum affir-
mare poterunt, qvod TUA ADMIRABILIS GLORIA sit no-
strarum actionum omnium, scopus, meta &

F I N I S.

ERRATA

Benivolus Lector pro sua humanitate hoc modo
corriget.

Legendum autem erit p. 5. lin. 14. pro falfum, *falsum*. p. 9.
lin. 22. pro JCTus, *Imperator*. ibid. l. 29. pro strumosi,
strumosos. p. 10. l. 1. pro totæ, *toti*. p. 14. l. 15. deleatur vox *sha-*
sure. p. 16. l. 17. pro apnd, *apud*. p. 17. l. 1. pro per hibentes, *per-*
bibentes & ibid. pro lcco, *loco*. &l. 23. neceſſarium, *proneceſſa-*
rium. p. 24. l. 30. pro &, *ex*. p. 25. l. 12. pro locus, *lacus*. p. 26. l. 6.
& 9. pro *ωσπερ* *ωσπερ*. p. 27. l. 34. pro lexicis, *lexicis*. p. 29. l.
33. pro ſelect, *select*. p. 35. l. 32. pro transformado, *transfor-*
mando. p. 46. l. 28. pro nimus, *nimiis* p. 51. l. 1. pro *metrā* lege
metrā. p. 54. lin. 38. pro besten/ *bestehen*. p. 55. lin. 5. pro
Bechman, *Becman*. p. 60. l. 24. pro oppositam, *expositam*.




NIHIL OMNIA.
AD
UNUM OMNIA.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn73244621X/phys_0092](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn73244621X/phys_0092)

DFG



('81.)

um, in vere tamen splendidè efflorescentium; Non de-
a, futuræ nostræ resurrectionis exquisita argumenta, pro-
e volumus. Illud unicè ex Chemicorum arcanis, scopo
economabimus, quod de *πελογενειᾳ* & in primis
ribus suis resuscitatione, ad invidiam usque curiosum no-
passim gloriatur. Totius stupendi effectus negotium ex
in Mundo Subterr. (b) & Itiner. Exstatico (c), *Magneno*
(d), *Hosero* (e), *Borello* (f), *Chr. Adolph. Balduino* (g),
(h), *Kenelmo Eqvite Dibæo* (i) in *Orat. de Plantar. Veget.*
ens. contra *Anonym.* (k), *Horstio* in *Physica Hippocratis*
in *Phœnico Botanico*, atq; *Joh. Andr. Schmidtio* in *Disput.*
, fasciculo suo *Disput. Physic.* inclusâ, aliisque naturæ
simè cognoscitur. Ne autem sine speciali specimine ali-
s, ex *Magneno* l. c. seqventia de promimus: *Narrat Gaf-*
gæ testes appellat suo nomine, Viros graves, & suæ domui
Poloni Medici musæo phialas complures viderunt, in qua-
es, ex arte præparati, florum animas (formas fortean di-
seribus conservabant, vivebantq; veluti suis in urnis. Spe-
us gratum exhibitus Doctissimus ille Chymicus, accensam
in aëre phiale, qva roſe cineres præparati asservabantur,
ponit; vix calor s̄e in vitrum insinuaverat, cum ecce tibi
rūm pulverisq; populos, cinerem illum leniter agitari, dum
ferè intervallum totus ille pulvis collecto calore in media
nsus, variis deinceps, confusisq; motibus undiqvag; cieri
variis agitationibus paulatim in roſam perfectissimam hec
runt, cui neg; in foliis ordo, neg; color, neg; meditullium
idebatur. H. J. Sed desit statim remotâ candelâ spectacu-
terum ad phialæ fundum pulvere, qui caloris vi in aëre de-
otidie radiorum solarium beneficio, festucis, pulverique con-
*lim *Quercetanus* in consimili rosa, ex cineribus suis resusci-*
; imò notiū id est, qvam ut nostro discursu commende-
imentum illud, omni veneratione citandus *Dn. D. Lassenius*
*Gallorum in ædibus Hospitis sui *Jacobi Berge*, Medic. Prof.*
*ndi accuratè observavit. Haud absimile præl. *Quercet.**
ticarum lixivio deprehendit. Repetiit experimentum illud
tqve in cit. de Plant. Veget. Oratione accurate depinxit.

L

Loqua-